

2
2
2
30
31
32
33
38
35
36
37



1678.

26. Ovestelius, Caspar : De pulvinari, morientibus non sub-
trahendo.
27. Rothius, Henricus Balthas : De interventione tertii
28. Rath, Henr. Balthasar : De confiscatione statu-
saria.
29. Rothius, Henricus Balthasar : De periculo et commodo
in emphiteut. vni
30. Rath, Henricus Balthas : Fora sepulcrorum.
31. Rath, Henricus Balthas : De eo, quod iustum est
circa domum cuiusque propriam et suam.
32. Schilkerus, Joh : De damnorum persecutione
33. Schilkerus, Joh. : De rebus creditis si certum petatur
ex mutuo.
34. Simon, Joh. Georg : Positionum juridicarum centuriarum
II miscellae.
35. Simon, Joh. Georg : Iustitiam hominis circa animam.
36. Simon, Joh. Georg : De thesauro.
- 37^{a et b} Simon, Joh. Georg : De intimatiōne exco^mmu-
nicis capitalis 2 Inempt. 1678: 1679.

1678.

38. Simon, Joh. Georg : Lex : Si merces 25 § Culpa 4.
J. Cocat.
39. Simon, Joh. Georg : Intra statutorum.
40. Simon, Joh. Georg : De absolute in foro poenitenti-
tiali et contentioso.
41. Struve, Georgius Adamus : Collegii juridici . . . Decanus
ad solemnem lectionem cursoriam Theodoricus Meer-
bachii invitat.
42. Struve, Georgius Adamus : De auto dice *pdie Selbsthülff*
- 43^{a et} Struve, Georgius Adamus : De pendo oblato.
44. Struve, Georgius Adamus : De citatione in genere
ac in specie publica.
- 45^{a et} Struve, Georgius Adamus : De mortificatione
2 Sumpt. 1678 i 1751.
46. Struvius, Georgius Adamus : De jure divoriorum.
2 Sumpt. 1678 i 1724.
47. Struvius, Georgius Adamus : De juribus liberorum.

y.

y

us

er

hülff

er

er

er

1158



28
484



1678, 32

46 7

EXERCITATIO
THEORICO-PRACTICA

De

DAMNORUM PERSE-
CUTIONE

Quam

In Illustri Salana

PRÆSIDE

DN. JOH. SCHILTERO, Jcto

AULÆ SAXO-JENENS.

CONSILIARIO GRAVISSIMO,

PATRONO AC PRÆCEPTORE SUMMA OBSER-
VANTIA COLENDO.

IN AUDITORIO JCTORVM H.C.

PUBLICICE DEFENDET

GREG. ANDREAS *Schmidt* /
Kauffbeurenf.

AD D. Martii. ANNO DC. LXXIIX.

JENÆ,

Typis JOHANNIS NISI.



EXERCITATIO
THEORICO-PRACTICA
DE
DAMNORUM PERSE-
CUTIONE
IN ILLUSTRISSIMO
SACRO SACRO
CONSILIO AUSTRIACISSIMO
PATRONO AC CANCELLARIO
MAGISTRO
IN AUDITORIO SACRO
SERENISSIMI
Kaiserlichen





EXERCITATIO
THEORICO-PRACTICA

De

DAMNORUM PERSE-
CUTIONE.

THESIS I.



Vum duabus Justitiæ columnis (universa *Tit. I. lib. IX.*
civilis Societatis compages sustineatur: *Si quadr.*
Suum cuique tribuendo. & : Alterum non læ- paup.
dendo. priori quidem Jura rerum ac *Domi-*
nia civibus firmantur: posteriori *damna* *Origo act.*
sarciuntur. Ex quibus, quantumvis *levi-* *ex J. Nat.*
usculis, quantò frequentiores gravioresque lites atque pu-
gnas civium inter cives oriri constat, tantò diligentius at- *& Societa-*
que sollicitius circa hoc argumentum occupatos *LLatores* *te Civ.*
fuisse apparet. Atque cum *damna* inferantur homini
non tantum ab homine, sed etiam *à bestiis, que in hominis*
sunt dominio, ratio naturalis, atque societatis humanæ lex,
de tuenda æqualitate inter cives, præcipit, ut etiam hoc
damnorum genus resarciatur læsis. Non quod bestia ex
facto suo civiliter obligari possit, ut membrum Societatis
civilis; sic enim Actio contra bestiam esset danda, quod *à-*
temy : Sed quod quilibet civium tenetur *ex lege Societatis,* *Obligatio*
nec *indemnita*
tis ex resu.

A



nec per se, nec per ea, quæ in sua habet potestate, sive sint homines, sive *ὄργανα* domestica animata, quicquam *damni* dare singulis aut universis, & datum redintegrare atque ad æqualitatem Societati proportionatam reducere.

Ex facto suo Thef. II. Neque conqueri habet *dominus*, quasi absque facto suo nemo possit obligari. Nam imò intercedit primò hoc ejus *factum*, quod ejusmodi organo animato in societate domestica ac civili uti voluerit, ex quo damnum oriri civibus possit. Unde ex facto suo obligatus, qui bestiis aut *feris*, aut ex genere quidem mansuetorum, sed ex natura propria *ferocibus* atque nocivis, sciens vitium, utitur. Sed quum nec diligens paterfamilias isthæc semper præcavere possit, hoc tamen cavere tenetur, ne, postquam *comperit* bestiam suam alteri damnum intulisse, velit habere amplius nocivum animal, eoque uti aut commodum ex eo quærere, manente istâ per bestiam facta inæqualitate ac læsione. Cavere autem id potest, si bestiam non retinet in suo dominio, nec utilitatem amplius ex ea quærat. Quo neglecto, accedit alterum factum, *retentio* cum injuria aut læsione alterius; ex quo utique & naturalis & civilis oritur *obligatio*, ut ipse restituat damnum datum. Ex his judicari potest, quatenus admittendum sit, quod habet *Grotius l. 2. de J. P. & B. c. XVII. §. pen.* videlicet *ut mancipium aut animal quod damnum aut pauperiem fecit, noxa dedatur, ex jure civili esse. nam dominus, inquit, qui in culpa non est, natura ad nihil tenetur.* Itemque quid de *Moralistarum* disceptationibus circa hujus actionis originem sit habendum, quibus immorari non est pretium. Vid. *D. Pufendorf. l. 3. de J. N. & G. c. 1. §. 6.*

Evitatur
l. J. Sax.

Thef. III. Duplici porro ratione fieri potest, ut non retineatur bestia, & consensus atque participatio de illatione

ione damni evitetur, aut *abactione*, aut *deditione*. Illa *abigendo*.
Saxonibus placuit. LandR. l. 2. artic. 40. Was Hunt adir^{l. 2. art. 40.}
Beer/adir Ochse/adir Pfert; adir welcher Hande Bihe es^{emend.}
sie/eynen Mann todet/adir lemet/sin Herre sall den Scha-
den geldin nach rechten Bergelbe / adir nach syne werde
bessern/ab hes in syne Gewere weddir nemmet / nach deme
als hes erst erferet. Sled ers abir us und enthosit/nach er
hüset/nach en eset/nach en trengket es / so ist er unschuldig
an deme Schaden. So unterwinde es sich jener vor synen
Schaden/aber wil. Et ibi Gl. Germ. Da ist der Herre
schuldig an/er en sla es denn sweg/als hes sweyß. Ita Cod. no-
ster MS. cū quo Codex Vindeb. ferè convenit, unde emen-
dandus Textus impressus ibi: Wes Hund / Eberschwein/
Beer. Nam vox Eberschwein/ est supervacua, idem enim
significat vox Beer / quod animal inter mansveta naturà
hic refertur, docente Glossà. Est autem ex Latino VER-
RES; postea imposita quoque animali fero, *urso*, & ad dif-
ferentiam altera notatio *ægorsion* passa, Eber / nisi hoc
potius ex Lat. *Aper*, quod malim: non inconsveta Germa-
nis permutatione, quâ & Hirsch ab Hircus, Wolff à Vul-
pes, & alia similiter, de quo etiam *Voss. lib. 1. de Vit. Lat.*
serm. c. XXVIII. Certè interpres *Latinus Speculi* hic ani-
mali naturà mansveto, *Verri*, imposuit nomen *Apri*: *Cu-*
jus canis, aperve, taurus &c. Conf. *lib. 2. art. 62. Specul. Sax.*
Sapiunt autem hæc ipsa Edictum Romanorum ædilitium:
De quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum ursum,
pantberam, leonem, aliudve quod noceret animal, qua vulgo
iter fit, ita habuisse velit, ut cuiquam nocere possit. l. 40. & sqq.
D. de edil. edict. Similiter autem *textum* allegatum *Glos-*
sa hinc emaculabis, qui in impressis contradictionem fo-
vet, & ejicienda est Negativa in verbis: Ob er das Thier
bey sich (nicht) mehr aufhält. A 2 Thes.

J. Alem.
6.211.

Thef. IV. In Jure Alemannico idem latius sancitum.

§. 1. de ver-
re.

Ibi verres vocatur Urfel / Urfelt / in meo MS. Urfagwl / & explicatur Berschwein. Ait Compiler c. 211. Urfagwl haist ain Perschwein / dem sol man jârlichen die Zend außslahen oder absegen. Wer des nicht tut / der sol gelten / was

§. 2. de be-
stia homici-
da.

es schaden tut. §. 2. Wes Hunt / Vern / Hirs / Urfagwl oder ander wildes Tier / das man zâmt / oder Bih / ainen Menschen tötet / man sol es stainen / und man sol es auch nicht es-

§. 3. de be-
stia ladente

sen / wann es ist unrein. §. 3. Er lemet ain Tier ainen Man / und jener slecht es von Im / des es da was / das er es weder hauset noch hofet / und geit Im auch weder essen noch trincken / affter des mals (al. nachdem) so es den schaden getut / Er sol In nicht gelten. Und wundet es einen Man / so ist es dasselb gericht. Und der dem der Schad geschicht / wil er /

§. 4. si qua-
drupes.

er mag es wol tötten. §. 4. Und tut es aber ein Bih / den Schaden sol er gelten / des es da ist. Wil er es lassen varen / das tut er wol / und gilt nicht. So hat es jener für sein Schadeu. Hæc si conferantur ad textum à Goldasto & Meichsnero impressum, pluscula hinc etiam poterunt emendari. Sed ad rem.

Rat. J.
Germ.

Thef. V. Introducta est hæc facultas abigendi animal noxium, hæctenus *in favorem domini*, ut hoc medio evitare litem possit, & is deinde teneatur actione de pauperie, qui animal abactum recipit, quum & hoc jure *noxæ caput sequatur*. Deinde etiam *in favorem actoris*, ut is consequatur æstimationem damni, nec amplius integrum sit Reo, noxæ animal dedere & se ab restitutione damni liberare. Dominus enim animalis electionem statim eo ipso amittit, si post damnum ab animali datum ipse reperiatur animal possidere, *Zobel. de diff. J. Civ. & Sax. P. I. Diff. IIX. n. 6. & 10.* Cujus rei ratio est, quia Jus Teutonicum præsumit

sumit, ex receptione animalis, recipientem *ipso facto* velle”
obligari ad damni æstimationem. ”

Thef. VI. Verum quum isthac abactione vagâ facile *Limit.*
fieri possit, ut animal intereat, aut alias ejus copia à læso *abactio* ad
haberi nequeat; ne hac ratione inæqualitas inter cives à *judicem.*
Legibus approbaretur, sed damnum quantum posset re-
farciretur, moribus additum est, ut *ad Judicem* animal sta-
tim ducatur. Qua de consuetudine testatur *Fachsus a-* *Monit.*
pud eundem Zobel. Diff. IIX. num. 8. Da aber der Unwissend
solches Schadens / das Thier anfänglichem angenommen/
und da er es erfahren/dasselbe ausgeschlagen/oder wie es der
Gebrauch ist/in die Gerichte gestellet / so soll er den Scha-
den zu gelten/nicht schuldig seyn. Quæ res etiam hunc ha-
bet effectum, ut si læsus nolit bestiam lædentem recipere,
tunc Judex eam, ut rem *pro derelicto* habitam, sibi asserere
jure possit, extra quem casum alias nequit. *Vid. Addit. Lat.*
ad LandR. l. 2. art. 4. gl. marg. a. D. Feltm. de Inclus. animal.
c. XL.

Thef. VII. Fallor, an & Solon hanc, quæ judici fit, *7. Att.*
deditionem intellexit, & modum tradidit, referente *Plu-*
tarcho in Solone: ἔγραψε ἢ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ
καὶ κύνες δακόντες ὡς δέναι κελδεὶ κλοιῶ τετραπήχη δεδεμμένον.
πὶ μὲν ἐντύμημα χαρτεῖν πρὸς ἀσφάλειαν. Scripsit S de pau-
perie quadrupedum legem, in quâ canem quoque, qui nocuerit,
dedi jubet bojà, seu collari vinculo, ligneo ferreove, qua-
tuor cubitorum alligatum. quod quidem inventum scitum est
ad securitatem. Ejus meminit Paulus l. 2. sent. t. XV.

Thef. VIII. Atque ita recesserunt Teutones à Jure *7. Teut. ve-*
ipforum primævo, secundum quod simpliciter dominus *tus.*
animalis noxii obligatus fuit ad restitutionem Damni æsti-
mati. Lex Saxonum tit. XII. de animali quod damnum

A 3

dat.

Faida
Fehde.

dat, c. 1. Si animal quodlibet damnum cuilibet intulerit, ab eo, cujus esse constiterit, componatur, excepta fayda. Faydam appellat, quod posterius Saxonum jus vocat Buß h. e. poenam læso, competentem: pro qua alias bellum privatum, sive diffidatio malo more erat introducta. Capitul. Carol. lib. V. c. CXXXIV. Si quis pro faida precium recipere non vult, & justitiam exinde facere, in talem locum eum mittere volumus, ut majus damnum non crescat. Conf. Leg. Baiuvvariorum tit. XIII. si. L. Alemann. tit. LXXIV. c. 2. L. Longobard. l. 1. t. 21. c. 3. constituit Rex Rotharis: De quadrupedibus. Si in homine aut in peculium (pecude,) damnum fecerit, ipse componat damnum, cujus fuerit (pecus.) & c. seq. Si caballus cum pede, bos cum cornu damnum fecerit, vel si porcus cum dente hominem intricaverit, aut si canis momorderit, excepto ut supra (si) rabiosus fuerit ipse, componat damnum aut homicidium, cujus animal fuerit, cessante in hoc capitulo faida (quod est inimicitia) quod mutares fecit, non hominis studium. Vid. Andr. de Barulo Comm. in LL. Longob. tit. XXVII. Hoc est, quod d. art. XL. lib. 2. LandR. dicitur: Kein Vieh vorbüret Gewette dem Richter an seiner That. Latinus interpres: Animal seu brutum ex facto suo nullam mulctam seu poenam judici prestat. Quò facit Ulpiani ratio l. 1. §. 3. b. 1. Nec enim dici potest animal injuriam fecisse, quod sensu caret. Solent scilicet Jcti Romani sentiendi verbum ad mentis actiones, intellectum ac voluntatem transferre. Est igitur faida, poena, pecuniaria saltem, ex solo hominis facto, in quod culpa dolusve cadit, læso competens, & ita vindictam damni injuria dati denotans. Unde & Glossæ veteres per Vindictam exponunt, teste Lindenbrogio & Vossio. Conf. l. 15. t. VII. lib. 1. Longob. D. Strauch. Amœn. J. Can. Eclog. IX. c. XV. Contra mulcta fisco debita vocabatur.

FRE-

FREDVM, *Vid. Lindenbrog. Glossar.* Sed hæc obiter.

Thef. IX. Atque hæc de ratione, qua evitatur moribus Teutonicis actio noxalis de pauperie omnimodo: altera est, quum bestia seu quadrupes, quæ nocuit, illi, cui nocuit, *deditur*; quæ actio quidem ipsa non evitatur, sed æstimationis executio. Atque hoc maximè in favorem Domini est introductum, in eoque mitius cum illo actum à Conditoribus LL. XII. Tab. quàm à Teutonibus, ut etiamsi dominus post damnum compertum retinuerit noxiam, & litem contestatus fuerit, condemnari tamen aliter non possit, quàm alternativè, *aut noxiam sarcire, aut in noxam dedere oportere. l. 1. §. 11. b. t.* Lex ipsa XII. Tab. SI QVADRVPE PAVPERIEM FAXIT, DOMINVS NOXIÆ ÆSTIMIAM OFFERTO: SI NOLET (offerre) QVOD NOXIT DATO. Hinc contradistingvuntur conveniri *ut noxa dedat, & In solidum, l. 1. §. 15. b. t.* Nimirum magis favet Lex Romana *Libertati Ratio J. Quiritum*, ut etiam post receptionem ipsis liberum sit *da-* *Rom.* *mnium præstare, aut noxæ dedere, quare non præsumitur, ut moribus Germanorum, tacitè aut ipso facto contracta obligatio vel quasi ad solvendam præcisè æstimationem, sed præsumitur potius receptio facta salvâ electione liberâ à Lege datâ.* Atque hæc noxæ deditio etiam in *Actione Actio de de pastu* pecoris locum habere, luculente docet *Paulus lib. 1. Pastu. Sent. c. XV.*

Thef. X. Isto jure etiam *Wisigothi* uti maluerunt. *J. Goth. Lib. VIII. tit. IV. c. XII. Si cujusque quadrupes aliquid fecerit fortasse damnosum, in domini potestate consistat, utrum quadrupedem noxium tradat, an ei, qui damnum pertulit, & aliquid excepit adversi, juxta judicis æstimationem componat.* Itemque *Scoti*, per *Roberti I. Regis Statut. l. c. XXXIII. At-* *Scotic. Bur-* *que gund.*

que *Burgundionibus* id adeò placuit, ut solam deditioem, veteri jure de solâ æstimatione sublatò, introduxerint. L. Burg. tit. XVIII. c. 1. *Si quodcunque animal quolibet casu, aut morsus canis homini mortem intulerit, jubemus etiam inter Burgundiones (sicut inter Romanos) antiquam exinde calumniam (actionem ad æstimationem) removeri: quia quod casus (respectu hominis, non bestiaæ sponte damnũ dantis) operatur, non debet ad damnum, aut inquietudinem hominis pertinere. Ita ut si de animalibus subito caballus caballum, occiderit, aut bos bovem percusserit, aut canis momorderit, ut debilitetur; ipsum animal aut canis, per quem damnum videtur admissum, tradatur illi, qui damnum pertulit. Quod tamen quum in favorem domini expressè introductum sit, interpretatio non in ejus perniciem fieri debuit, quoties pretium noxii animalis æstimationem damni multum supergressum fuerit.*

An actio
hæc compe-
tat heredib.
occisi
quadrupede.

R. dub.
Brunnem.

R. Dec.

Thef. XI. Exposuimus originem hujus obligationis & actionis, simulque differentiam inter Jus Civile Romanum atque Germanicum, & utriusque principia. Videamus porrò, quoties æstimatio competit, quid veniat in eam, & an ac quibus ex principiis etiam hic eadem Jura discrepent. Atque præprimis decidenda erit quæstio, de libero homine à quadrupede aut animali alterius interfecto, utrum hæc actio, & ad quid, heredibus occisi competat? Etsi verò *Brunnem. in l. 3. b. t.* asserere malit, actionem competere Jure Civili, ex ea ratione, quod si inquit, *homo occisus est ab eo, qui quid è domo effudit & dejecit, datur actio ex bono & æquo, cur non etiam ex bono & æquo daretur actio vidua, liberis, parentibus, de marito, patre aut liberis à quadrupede occisis?*

Thef. XII. Tamen verior est communis sententia, non

non dari hanc actionem, *si quadrupes*. Nam quod J Ctus in
l. 5. §. 5. de his qui dejecerint. actionem ex bono & equo ori- l. 5. §. 5. de
ri ait, non continet causam proximam & adæquatam istius ^{his qui dej.}
decisionis, sed remotam. Quæritur enim ibi an actio ex
Edicto de his qui dejecerint, competat heredibus tali de-
jectione occisi? & negatur, per hanc rationem, ex natura
subjecti, corporis liberi petita, quoniam damnum in
corpore libero occiso datum, non potest æstimari, igitur
nec damni restitutio ab herede peti, heredi ergo quatenus
heredi actio nulla prodita est, sed actio quæ tali casu com-
petit, quia tantum ad pœnam tendit publicam, ut viæ pu-
blicæ securitas præstetur, cujus Reip. interest, itaque cui-
vis de populo datur, maximè tamen heredibus, non tamen
quæ talibus seu *jure hereditario*. hoc est, quod ait, *ex bono
& equo oriri hoc*. Quæ ad Actionem de pauperie non pos-
sunt applicari, quia hæc semper ad damni pecuniarii resti-
tutionem prodita. Conf. D. *Thoma de Nox. anim. c. IX. §. 16.*

Thes. XIII. Planè ad *dedendam noxam* utique hæc ^{Exc. 1.}
actio hoc in casu competit, neque Jure Romano liberare
se potest dominus quovis pretio. Ratio est, quia *liberum
corpus non recipit æstimationem*. Quod H. Grotius lib. 2.
de J. B. & P. c. XVII. §. 13. ita effert: *Vita in libero homine
æstimatio non fit*. Et quamvis porrò videri possit, actio- ^{2. rejecta.}
nem ex Edicto *Ædilitio* competere posse heredibus ad du-
centos solidos: *Ne quis canem aliudve quod noceret animal
qua vulgo iter fiat, ita habuisse velit, ut cuiquam nocere da-
mnumve dare possit. si adversus ea factum erit, & homo li-
ber ex ea reperierit, solidi ducenti præstabuntur*. Conficiunt
solidi ducenti quadringentos scutatos vel aureos rhenanos
h. e. 500. Imperiales, secundum ea, quæ docuit Gronov. de
Pec. Vet. C. XV. lib. 4. Sed neque hæc actio locum inve-
nit,

B

nit,

nit, quæ oritur ex facto & culpa ejus, qui ita voluit animal nocivum habere, ut nocere posset, quod factum à nostro proposito est alienum. Nulla igitur hoc in casu prostat actio, præter noxæ deditioem. Atque hoc jure etiam Burgundiones uti maluisse, ex antea allegata earum lege vidimus: nec non Alemannos.

3. J. Sax.

Wergeld
quid.

Thef. XIV. Sed aliud placuit Saxonibus, Anglis & Longobardis. nempe competere actionem heredibus masculis imprimis, quibus vindicta necis primò competit, *V. Carpz. 1. Crim. q. 24, 54.* à quadrupede interfecti, & quidem ad Wergeldum, quod etiam Manngeld & Sühngeld vocatur. *Gl. add. l. 3. art. 45. LL. Scot. lib. 4. c. 36. § art. 40. Spec. Sax. lib. 2. § leg. Longob. 3. tit. XXI. lib. 1.* Werth pretium est, gelten præstare, Werthgeldt seu Behrgeldt / pretii præstatio. Quod verò *Glossa Germ. l. 1. Land R. a. 65.* à defensione deducit, allusio est, non etymon. Et differt itaque ab *Emenda*, quæ dicitur, *Busse* / quæ poenæ seu mulctæ species est, & Wergeldo contradistinguitur *lib. 2. art. 45.* Et in Jure Alemannico *Emenda* species recensentur, sed *Wergeldi* nulla habetur ratio, *cap. 299.* Unde perperam *Behrgeld* & *Busse* confunduntur, nec *Behrgeld* per mulctam rectè definitur. *V. Carpz. P. I. Crim. q. 34.* Wergeld est æstimatio damni sive Interesse, *Carpz. P. 2. q. crim. 99, 28. § 44.* Juri Saxonico haud ignota. *Busse* seu *Emenda* est poena parti debita pro injuria & doloribus: *Wette* est poena fisco debita. Præterea & hanc assignat *Glossa Germ. Art. 45. lib. 3. verb. Zween Handschuch.* differentiam: *Mit Busse bessert man eynen Mann selbir / unde mit Wergelde bessert man dem er biested. ita Cod. MS.* Itemque *lib. eod. tit. 48.* Wergeldum absque emenda & mulcta præstatur. Originem *Wergeldi Tacitus de M. G. c. 21.* suppeditat: *Luitur etiam bo-*
mici-

Homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus, utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitia juxta libertatem.

Thef. XV. Est enim *Wergeldt*, sive *Widrigildt*, sive *Wergeldus*, pretium hominis vel animalis, quo aut vivi redimitur vita aut mortui componitur, ut loquebantur veteres. Rex Rotharis Longobard. l. 3. t. 3. lib. 1. ait: *Ille qui homicida est, componat ipsum mortuum, sicut appretiatu fuerit, id est, Widrigildt suum.* In Lege Salica etiam *Leudis* *Leudum*, vocatur, vel *Leudum*, h. e. pretium hominum; Tit. 43. §. 11. *Si qui precipitatus est, mortuus fuerit, tota leude sua componatur.* Atque ita unaquaque persona, qua majori minori de compositione componi debuerat, si de precipitio periculum mortis evaserit, medietate leudis sua componatur, qua componi debuerat, si mortuus fuisset: nam *Et si mortuus fuerit, unusquisque secundum modum leudis sua componatur.* Glossarium vetus: *Leudum, Compositio sive Widrigildt.* conf. Longobard. 1: 9, 28. Gottefr. *Wendelinus* in Glossario suo Salico hac voce facultates cujusque intelligit, & *Manum suam pro Leude in Aeneum mittere*, interpretatur, *subire judicium aque ferventis, ni velit bonis omnibus exui.* Sed imò dicendum potius: *ni velit pretium sui solvere sive Wergeldum.* Ut porò *Wergeldum*, ita etiam *Leudis* vox ad pretia animalium & aliarum rerum translata, indeque *Leudemium* seu *laudemium* *Laudemium* pro parte pretii dictum.

Thef. XVI. Enimvero apud veteres Teutonicas na *Wergeldi* tiones non modo qualibet res & mancipium, & quaecun- *quantitas*, que in commercio hominum sunt, sed etiam homines liberi cujusunque status & dignitatis suam habuerunt aestimationem, suum pretium sive *Wergeldum*. In eo determinando prolixa sunt leges Teutonicae, ut ex earum Codi-

apud Fris.
50. sol.

ce patet. Nos jam de pretio liberi hominis tantum agimus, vel ingenui. Frisones pretium liberi hominis *quingenta solidorum, inter Eli & Sinesalam, fluv. h. e. Frisii minores, seu occidentales constituerunt, inter Laubachi i. e. Lavicam fluvium & Wisaram, Frisii majores, Orientales, quingenta trium solidorum & unius denarii. tit. 1. solidus hic tribus denariis constat, tit. 16. quod postea mutatum, & in Frisia translavica duo denarii & dimidius solidum constituerunt, in orientali verò duo denarii novi, Add. LL. tit. 3. §. 73. Per Denarios autem intelligit Gronovius de Pec. Vet. l. 3. c. 6. Romanos milliarense, *quanquam fortasse, inquit, Frisionum moneta nec Romanae nec Francorum omnino par fuerit. In tit. XV. res hæc per Libram effertur: Compositio Liberi, Libra V. & dimidia, per veteres denarios. Libra denariorum est libra sterlingorum, Gronov. de Pec. Vet. in Add. 345, 15. Francica, de qua idem l. 3. c. 6.**

Francos,
200. sol.

Thes. XVII. Lege Salica pretium hominis ingenui est *ducentorum solidorum, h. e. denariorum octo millium, ita enim emendanda est Lindenbrogii editio, tit. 43. §. 1. Si quis ingenuus Francum aut hominem Barbarum occiderit, qui Lege Salica vivit, VIII denar. qui faciunt Sol. CC. culpabilis judicetur. Francorum solidus argenteus constat XII. denariis Vid. Constitutionem Caroli M. LL. Lomb. l. 2. t. 22. c. 1. seu sterlingis, quorum viginti constituunt Uncialem, ut ita solidus ad nostram monetam sit Florenus Imperialis Reichsgulden/16. Gr. Vid. Gronov. d. l. 3. c. 6. Lebmann. Chron. Spir. l. 2. c. 44. Wendelin. Glossar. Salic. Præter argenteum solidum, etiam aureum habuisse Francos, & 40. denariis constitisse, iidem auctores annotarunt. In Legibus autem Francorum & Longobardorum, & quæ inde promanarunt, regulariter argenteos intelligi debere, docet*

Solidus
Franc.

cet

et dicta Caroli M. constitutio l. 2. LL. Lomb. 22. Quare
etiam Constitutionem Friderici de quinque solidis furto
ablatis, 2. F. 27. Glossa marginalis de iisdem interpretatur.
Sed usus fori nostri, ubi poena laquei durior visa, aureos so-
lidos interpretatus est, V. Moller. 1. Semest. 37. Gryphand. de
Weichb. c. 45. Carpz. 2v. Crim. 78, 22. uti tamen d. textus
Friderici perperam de grossis Misnicis cum Borcholt. expli-
catur. Neque de alio furto ibi sanctio est, quam de quo
Carolus V. in Ord. Crim. eandem legem repetens agit. Ea-
dem, quæ apud Francos quantitas Wergeldi fuit apud Ri-
puarios, tit. VII. Si quis ingenuus hominem ingenuum Ripua-
rium interfecerit, CC. solidis culpabilis iudicetur, aut si nega-
verit, cum XII. juret. Ripuarii fuerunt populus Teutoni-
cus seu Francicus intra Mosam & Rhenum ad Ruram. Fro-
doardus Presbyter Rhemensis Annal. ad A. C. 923. Rotber-
tus in regnum Lothariense proficiscitur, locuturus cum Henri-
co, qui ei obviam venit in pagum Ribuarium super fluvium
Ruram. Ubi hodie est Ducatus Juliacensis.

Thef. XIX. Boiariis centum sexaginta solidi con-
stituerunt Wergeldum. Tit. VII. c. 1. Si quis cum uxore al-
terius concubuerit libera, componat hoc marito ejus cum suo
Wergeldo, id est CLX. sol. Qui etiam sine dubio ejusdem
valoris ac solidus Francicus, quum Boiaria sub horum im-
perio diu fuerit. Longobardi totidem solidos constitue-
runt Wergeldum, sed ita ut per gradus usque ad trecentos
solidos compositio pro dignitate personarum adscenderet.
Luitprandus Rex lib. 1. t. 9. l. 21. Consuetudo est, ut pro mini-
ma persona, quæ exercitatis (gregarius, plebejus) homo inve-
nitur esse, 150. componantur, & pro eo, qui primus est, 300. sol.

Thef. XIX. Saxones veteres ceteras nationes Teu-
tonicas Wergeldo superasse videntur. Ita enim sancitum
ap. Saxones
veteres.

tit. 2. de occisionibus. c. 1. Qui nobilem occiderit, ICCCCXL. Sol. componat. Ruoda (leg. Freda) quod dicitur apud Saxones CXX. sol. & interpremium (leg. interpretium) CXX. sol. quem deploratum locum egregiè restituit & explicuit Bœcler. Diff. de Mensura pretii. Et c. III. Litus occisus CXX. sol. componatur. c. IV. Si servus à nobile occisus, XXXVI. sol. componatur. Tres classes hominum apud Veteres erant, Nobilium, Litorum & Servorum. Nobilitas tres gradus habebat, Illustrium, Fürsten / Spectabilium, Freyherren / & Bannitorum, Schöppenbar. freye Leute / ita dictorum à Banno sive vexillo judiciali, Gerichtsfahn / cujus juris participes hi erant, Spec. Sax. l. 3. art. 45. Liti dicebantur homines libertini generis. L. Sax. d. t. 2. c. IV. Si à liberto vel lito (servus occisus) pleno sacramento negetur. h. e. Manumissus, ad operas tamen obligatus. V. & Legem Salicam t. 14, 6. Et Frisiam tit. 11. de his Wendelin. Gloss. Salic. voc. Lidus. A quibus diversi erant Leudes sive Leodes, h. e. vassalli, quippe nobiles, Liti verò sunt libertini generis & coloni, Bauergülten / Pflegghafften / quos Latinus interpret reddidit Paganos & Censuales, quibus pares sunt die Landsassen / Villici, d. art. 45. l. 3.

Liti qui.

ap. Sax.
poster.

Thef. XX. Sed quum Resp. mutationem pateretur, & servorum conditione abrogatâ, res familiaris tum ob hoc ipsum, tum ob causas quoque alias detrimentum caperet, factum videtur, quod in Jure Saxonico recentiori quantitas Wergeldi maximè fuerit imminuta, & loco servorum, alia duo genera hominum, ex illorum scilicet abrogatione prognata referantur, Lassen / quos Latinos vocare videtur Repkovius & Tagwerker / quos ille dedititios. Sed recentior est hæc interpolatio alicujus semidocti glossatoris, & verior est altera lectio, quæ loco Latinorum,
Agri-

Agricolae, & pro dedititiis, Hortulanos seu qui diuturni laboratores, habent. Hoc genus in superiore Saxonia non esse frequens, testantur Scabini Lipsienses in Sententiis post Land R. fol. 183. ibi: gegen den lassen / der denn in dieser Landart wenig sind. Jure igitur hoc Wergeldum personarum nobilium continet decem & octo talenta denariorum ponderosorum, lib. 3. art. 45. achtzehnen Pfund pfündiger Pfenge / sic habet MS. Cod. ex quo emendandum, quod eod. art. paulo ante de Emenda in impressis habetur: Dreißig Schillinge zur Busse / Wendischer Pfennige. lege: Pfündiger Pf. ita & Cod. Vindob. MS. Colonorum Wergeldum est talenta decem: Lafforum seu Agricoliarum novem talenta seu librae. Operariorum: acervus tritici XII. virgarum, ein Barg (ita MS. nostrum: Vidob. eine Barke) voll Weizens von 12. Ruthen / &c. Reliquorum nullum est Wergeldum constitutum, sed homicidium in ipsis perpetratum puniendum ex lege fractæ pacis.

Thef. XXI. Talenta ista quæ sint, Glossa Germ. ad art. Computatio 40. lib. 2. Spec. interpretatur per XX. Schillingos, & decem talenta esse ducentos Schillingos, sive solidos, eamque in rem allegat d. l. qua vulgo. D. de edil. edict. Sed rectè error Glossatoris hic fuit observatus, nec enim solidi Romani hic intelligendi, sed Saxonici, vid. Gl. marg. ibi. Porrò Saxonum solidos quinum singulos denariū esse, & XLVIII. conficere Libram, cum Spelmanno tradit idem Gronov. de Pec. Vet. in Add. p. 345. Ubi si denarios Romanos intelligunt, h. e. octavam partem Uncialis, solidus Saxonicus & Francicus coincidunt, pares ferè nostris florenis imperialibus, Reichsgülden: itaque Libra constabit circiter 48. Reichsgülden: h. e. 32. Rthlr. Wergeldum vero Nobilium, Uncialium 576. quum vetus illud 1440. solidorum fecisset

*Spec. Sax.
emend.*

solidi Sax.

1. per denar.

Rom.



cisset 960. Unciales. Plebejorum vero X. talenta sive libra conficiunt 320. *Œthlr.*

2. per Denar. Franc.

Thef. XXII. Sed propius veritatem est, *Denarios* intelligi in Jure Saxonico, quo nunc utimur, *proprios* genti, quæ uti in cæteris, ita etiam in re nummaria autonomiâ suâ usi. Denarii enim vocabulo non tantum seculo XII. de minori nummo, quàm fuit Denarius Romanus, & Saxones & Alemanni usi sunt, vide documentum de telonio Wormatiensi *apud Lebm. Chron. Spir. l. 5. c. 72.* sed longè etiam antea Franci & Saxones atque Nortmanni Anglici suos *sterlingos* dixerunt denarios. Quorum rationem accuratè refert Eduardi I. Edictum: *Denarius Angliæ* (à Nortmannis & Francis petitus) *qui vocatur sterlingus, rotundus sine tonsura, ponderabit XXII. grana frumenti in medio spica, & viginti denarii faciunt unciam, at duodecim uncia libram.* Cujusmodi *denarios* duos *FridERICI Imp.* possidemus, rotundos sine tonsura, XXII. grana hordacea pondere æquantes, tenues & uno tantum latere insignitos. Qui olim ad libram expensi: & deni ac deni invicem compacti, semissem libræ constituent, veluti ita ante aliquot annos Lipsiæ tales effosi fuerunt. Similis formæ denarios etiam Landgravii Thuringiæ cudi fecerunt, sed leviores. Hi sunt opinor isti *obuli πειλωδεις*, quos vocat Eustathius, & Romanorum Folles per eos interpretatur, h. e. *bracteales*, quia laminæ & folio similes sunt. Atque Wendelinus *Glossar. Salic.* exæquat Denarios Salicos Romanis Follibus. Ex quo patet Denarium fuisse vigesimam partem Unciæ argenti, unciam autem refert Thalerus Imperialis seu Uncialis, uncia porrò duodecim Libram constituerunt, igitur XVIII. libræ cōstant 216. Thaleris Uncialibus: X. libræ, 180. *Œthlr.* Hic Denarius est ultra dimidium minor Romano, Roma-

mus

nus enim respondet nostrati halben Ort eines Reichs-
thalers/ Saxonicus & Francicus verò adæquat ferè Victo-
riatum seu quinarium Romanum, einen Bazen oder 16. Bazen.
Pfennig/quorum duodecim constituunt solidum Fran-
cicum, Reichs-Gulden/ 16. Groschen / ut antea osten-
dimus.

Thef. XXIII. Sed usus novissimus & interpretatio ^{3. Solid. De-}
communis illum ipsum denarium maluit ^{nar. Sax.} *solidi* nomine in-
signire, Schilling/ & quidem cum adiectione Schilling-
Pfennig/ cui contradistincti Schilling-Groschen/ *Sent.*
Scab. Lips. post Land R. fol. 182. tit. von Wett und Buß/
Jac. Alemann. Palastra Consultat. Jur. VIII. Q. I. Part. XIV.
p. 509. Vox autem *Schillingi* ex Lat. *Siliqua* formata vide-
tur; promiscuè enim *Siliquas* & *solidos* dictos fuisse vel ex
Gl. ad Constit. Frid. de Pace. ten. l. 2. F. t. 53. lit. K. constat.
Porro autem vox *denarii* pro minutiori nummo accipitur,
quem vocamus *Pfennig/ pantingum*, qui distingvitur in
veterem & novum, *Churfl. Sächs. Landes-Ord. de A. C.*
1482. veteres hodie vocantur *Dreyhellerspfennige* / eo-
demque referuntur *die Landsberger-Pfennige.* *Ge. Fa-*
bric. lib. 2. Rer. Memorab. Sax. p. 287. A. C. 1440. res nu-
meraria renovatur, & percussi nummi cum capite *Judæi*
pileati, quorum *XX.* aureo valent *Rhenano.* Item num-
muli dicti *LANSBERGENSES*, quorum *LX.* eundem au-
reum precio æquarent. *Add. Webner. Obs. pract. G. p. 241.*
Horum duodecim constituunt octodecim novos, h. e.
Solidum, Schillingum, einen Achtzehener / quod genus
nummorum superioribus seculis & *Grossi* appellatum *Bau-*
er-oder Spitz-Groschen / de quorum origine & valoris
mutatione *P. Albin. Meiß: Berg Chr. tit. V.* & hi sunt illi
Solidi, Schillinge / secundum Interpretes Saxonicos, *Vi-*
de gl.

de gl. marg. ad Gl. Germ. lib. 2. Land R. art. 40. §. VI. Coler. Decif. CXLIV. & CLXI. fin. Webner. & Besold. Thes. Pr. voc. Schilling. Zobel. diff. J. C. & S. P. I. diff. XXX. n. 8. quorum quindecim faciebant ein alt Schock / Scabin. Lipsiens. sen-
 Mos Sax. tent. post Land R. fol. 166. Horum viginti constituunt li-
 super. bram seu talentum h. e. grossos hodiernos XXX. ein halb
 Neuschock / oder einen Goldgülden. Itidem Scabini Li-
 ptienses fol. 162. desselbigen Buße ist des Todten Wehr-
 geld / nachdem ihm das nach Ordnung des Rechts /
 nach seiner Geburt / gesetzt ist / als nemlich / für den
 Schöppenparen Freyen 18. Pfund / also / daß ein
 Pfund zwanzig Schilling sechzehn Pfennig / darum
 man Brod und Bier kauffen mag / das ist / die da gang-
 hafftig und geb sind / gerechnet werden / macht unserß
 Gelds alhier zu Leipzig und in diesem Lande 24 alte
 Schock. Conf. Ge. Rotscbiz. Process. Jur. P. 2. Art. ult. Sic in
 causa furti, furtum infra tres solidos sive schillingos inter-
 pretantur Scabini de quatuor grossis sive tribus baciis.
 Carpz. 2v. Crim. CIX. 31. Nimirum si Solidum accipis
 pro uno bazio sive 16. S, tunc libra continet Uncialem &
 duos bazios: Wergeldum XIX. unciales: si pro grosso pri-
 sco sive 18. Pfennig / libra tenet uncialem & tres gros-
 sos hodiernos, & Wergeldum XX. Unciales cum sex gros-
 sis.

8 Sol.	Schill.	Sol.	16 Rthlr.	ge	8 16 Wergeld.	Rthlr.	21. schof.	ge
16—1	—	20—1	—1—2	8—18	—	19	—22	—16
8 Sol.		16		16		Rthlr.	ge a. schof.	ge
18—1	—	1—1	—1—3	8—18	—	20—6	—24	—6

Jus Magde-
 burg.

Thes. XXIV. Atque hæc computatio in Electora-
 tu & Provinciis Saxonix superioris usu obtinet. Verum in
 Saxonia Inferiori & maximè Jure Magdeburgico alia ad-
 huc



Groschen zu zwölff Meißnischen Pfennigen gerechnet: *Sunt verba* des Niedersächsischen Kreyses / gemeinen Münz-Edicts, publiciret zu Lünenburg / den 30. Januarii Anno 1568. S. Ferner anlangend / den Halt der Münz-Sorten &c. item des Reichs Abschied zu Augspurg / recessiret / den 30. Maji Anno 1566. Demnach haben wir uns mit ihnen / *in verbis*: Soll ein ganzer Thaler / jedes Stück / sechzig acht Kreuzer gelden / und sollen auf die Cölnische Marck gehen / acht Stück / und fein halten / vierzehen Loth / und vier Grän: Wird die feine Marck ausgebracht um zehen Gilden / und zwölff Kreuzer / den Gilden zu ein und zwanzig Silbergroschen: den Groschen zu zwölff Meißnischen Pfennigen / gerechnet: daß sich also ein ganzes Wehrgeld / auff hundert und Sechzig Thaler / funfzehen Silber-Groschen / sieben ein fünftheil Pfennig: und ein halbes Wehrgeld / uff achzig Thaler / sieben Silber-Groschen / Neun ein zwey Theil Pfennig / ergiebet / W. R. W. *VLTERIVS ita responsum* Bürgermeistern / Richtern / und Rath-Männern der Stadt Borch / den 16. Julii Anno 1602. Item Cyriaco Kühnen / Amtschreibern zu Heymerschleben / den zwey und zwanzigsten Februarii ann. 1605.

Fundament Thef. XXV. Valde itaque discrepant Scabini Magdeburg. & Superioris Saxoniae. Fundamentum porrò Magdeburgensium est, quod *Libra* eadem sit quæ *Marca*, *Marca* autem quantitas Edicto publico definita. Atque verum esse *Libram* & *Marcam* pro eodem habitas fuisse, constat *ex lib. 3. Speculi art. 46. & conf. Wehner. Pr. Obs. voc. Goldgülden.* Verum quum variæ fuerint *Marcarum* species, non quælibet pro lubitu potest hic intelligi, sed videndum, quam

quam intellexerint Juris Saxonici auctores. Illud autem patet ex eodem *Art. 46. ibi.* Den Schöppenbaren freyen Leuten gibt man dreißig Schilling zu Busse / Pfündiger Pfennige/der sollen zwanzig Schilling eine Marck wägen. Hæc est *Marca denariorum*, Talentum denariorum, & simpliciter *Marca* vocata, ut ex *Rationario Styriæ Helvici Thuringi Ottocari Regis Notarii* annotavit *Dom. Lambecius lib. 2. Biblioth. Vindobon. p. 75.* Et hanc definitionem quantitatis sequuntur Saxones superiores. Et verius, quia textus Legis non aliam indiget *Marcam*, quam quæ *Libra* dicitur. Alias etiam *Marca* pro *tribus Libris* accepta, ut ex documento *Spirensi apud Lehmann. Chron. lib. 7. c. 11. de A. C. 1310.* constat. Imò & *Libra* duobus *Arenis* in *Saxonia inferiore* fuit æstimata, *Vid. docum. transact. Brunsvic. ap. Lundorp. Contin. P. 2. lib. 1. A. 1615. p. 32.*

Thef. XXVI. Vidimus *Wergeldi* originem, usum *Ratio Civ.* & quantitatem: inspicienda jam & ratio est, quæ movit *Wergeldi*. LLatores Teutonicos ad jus tale introducendum, præsertim cum id contrarium appareat *Juri Romano*, cujus regulam audivimus: *Liberum corpus non recipere æstimationem.* *Reg.* Et *Juri Naturali*: *Vita in libero homine non fieri æstimationem.* Enimvero nec eam regulam non agnoverunt LLatores nostrates. Neque enim quæ in *commercio* non sunt, *Rat.* æstimari pretio possunt; quum æstimatio seu pretii constitutio sit, quoties diversigenis res *commercio* quodam permutari debent, *comparatione* & *exæquatione* earum facta, ne alter plus habeat, alter minus: *Bæcler. Dissert. de mensura pretii.* Verum quum æstimatio, præterquam *Rat. except.* quod in *proportione geometrica Justitiæ distributiæ* etiam cernatur, ut ex præmiorum & salariorum definitione constat; etiam eas res, quæ non sunt in *commercio*, modo

secundario & ex accidenti adficere possit, itaque eatenus & natura liberi hominis, aut rei alias inestimabilis per se & & quoad essentiam suam, aestimatio utique fieri potest, etiam ex naturali ratione.

Exc. I. Thes. XXVII. Porrò inter ea, quæ accidunt libero homini, ut exinde aestimabilis fieri hætenus possit, est imprimis *Indigentia alimentorum* & sufficientiæ rerum ad hanc vitam & certum ejus genus necessarium. Das jährliche Bedürffniß. Sic civium Romanorum primarii, *maximi census*, & καὶ ἐξολω Censi dicebantur, qui census olim centum millia æris, postea tot millia sestertium, h. e. 250. aureorum, continuisse videtur *Gronovio lib. 3. de Pecun. Vet. c. 16.* Qui census si cui minueretur, ei ob angustias familiares, ordine cedendum erat. *Vid. Tacit. lib. 1. Annal. c. 75. l. 2. c. 37. l. 12. c. 52.*

2. Thes. XXVIII. Deinde aestimabilis reddit homines liberos *acquæstus* ratio, quantum quisque pro ætate, occupationeque acquirere potest, jährlicher Erwerb oder Verdienst. Hoc ferè modo de Jure Sacro Hebræorum quilibet homo cujuscunque sexus & ætatis certo pretio videtur aestimatus, quod solvendum erat, quoties aut census ageretur universi populi, aut votum singuli fecissent. Ait LLa-tor divinus: *Homo, qui votum fecerit, & sponderit DEO animam suam, sub aestimatione dabit pretium. Levit. XXVII. 2.* Masculus à XX. usque ad LX. annos argenteis sanctuarii Siclis quinquaginta fuit aestimatus. Mulier dimidio. Quam proportionem Saxones etiam admisere, *Spec. Sax. lib. 3. a. 45. Cb. König. Process. Judic. c. 138, 7.* Puer à quinto anno usque ad XX. viginti siclis: Ab uno mense usque ad annum quintum, quinque: puella tribus. Sexagenarius & ultra, XV. siclis: mulier X. Siclus hic semiuncialem adæquavit: XX.

XX. Geras continens, una Gera XVI. grana hordacea pen-
debat. Ex hac proportione etiam æstimatio *Paupertatis* *Paupertatis*
dependet: is enim pauper, qui censum suum non poterat *æstimatio.*
solvere, eò, quod non poterat tantum occupatione suâ ac-
quirere, detractis necessariis vitæ subsidiis. Ait LLator
Hebræus: *Si pauper fuerit, & æstimationem reddere non*
walebit; stabit coram sacerdote; & quantum ille æstimaverit,
& viderit eum (ex acquæstu) reddere posse, tantum dabit.
Denique acquæstus non ad solam quærentis personam, sed
ad suos quoque refertur: hinc *spes alimentorum*, quæ Grotio
dicitur *l. 2. c. 17, 13.* Cujus acquæstus paterni vel materni
ratione infantes etiam ac pueri quinquennales apud He-
bræos æstimati videntur.

Thef. XXIX. Ut lucrum & augmentatio patrimonii: 3.
ita vicissim *damnum*, sive imminutio patrimonii & acquæ-
stus, æstimationem in homine libero efficit. Porro im- *Damnum.*
minuitur patrimonium dupliciter, primo, si illud acqui-
situm jam non potest integrum, quoad *sortem*, conservari,
nec ex solis usuris vivi, sed ex sorte pars detrahenda: Dein-
de, si *media* honesta atque licita acquæstus, conservandique
vel augendi patrimonii, aut honestæ sustentationis inter-
vertuntur. Hæc est illa *spes alimentorum*, quæ non modo
occisi liberis, uxoriq; demitur interfectione, *Grot. d. c.*
17, 3. sed etiam læso membris certâ ratione minuitur. Ju-
re *Hebræorum* in casu homicidii per quadrupedem, de cu- *J. Ebr.*
jus vitio herus admonitus fuerat, perpetrati, pretii consti-
tutio *arbitrio familie* occisi relicta videtur; ait LLator: *Si*
bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint,
lapidibus obruetur: & non comedentur carnes ejus, dominus
autem bonis innocens erit. Quod si bos cornu peti fuerit ab
beri & nudius tertius, & coestati sunt dominum ejus, nec
recluserit

recluserit eum dominus, occideritque virum aut mulierem: & eos lapidibus obruetur, & dominum ejus occident. Quodsi pretium ei fuerit impositum, dabit pro anima sua, quidquid fuerit postulatus. Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententia subjacebit. Exod. XXI, 29. Vid. Const. L' Emp. de LL. Ebr. For. Cap. VIII. §. 1.

J. Rom. Thef. XXX. Etiam ex Jure Romano æstimationem liberi hominis sunt qui eruunt, eamque ducentorum solidorum, l. 40. D. de Ædil. Edict. quam improprie appellat æstimationem L' Empereur de LL. Ebr. For. Cod. I. c. 4. §. 5. Quo etiam inclinare videtur Reinhardus apud Zobel. P. 4. diff. J. Civ. & Sax. diff. 8. ff. Sed Jus Romanum ignorat æstimationem, siue propriam siue improprie eam dixeris. Præstatio verò hæc CC. solidorum, pœna rationem habet, non pretii, sicuti Saxonibus quoque Busse/sive emenda differt à Wergeldo.

J. Teut. Thef. XXXI. Legibus itaque Teutonicis æstimatione damni pecuniarii vel heredibus occisi dati, vel ipsi læso aut mutilato, constituerunt Wergelda, tum vitæ, tum vulnerum, de quibus plenæ sunt veterum Leges, quibus additis Belgicas relatas à Sim. van Leuwen Cens. For. l. 5. c. 21. Ex his jam satis superq; disputatis affatim constat, quæ ratio sit atq; natura Werigeldi, & quod neutiquam rationem pœnæ seu mulctæ, sed Interesse pecuniarii & damni per mutilationem vel necem dati superstitionibus, habeat. Sed & illud tandem apparet, ut ad initium disputationis hujus redeamus, de Jure Saxonico omnino competere actionem Si quadrupes, filiis aut proximis agnatis cognatisve de interfecto patre vel matre ad Wergeldum seu interesse pecuniarium à Legibus æstimatum. Et faciunt nobiscum Additiones Lat. ad lib. 2. LandR. art. 40. lit. C. simul Cautelam hac

hac in parte suggerens Reo: *Nota, inquit, in Practica sic observari, quod equus qui interficit hominem, interfecti hereditibus debetur: si vero dominus eum ad se recipiat, homicidii culpam luituni Werigeldo; quod nota pro equis pretiosioribus: Ta. Caut. li enim casu satius foret, equo ad se recepto Werigeldi jacturam facere.* Atque ita de jure respondit *Franc. Efeil. consil. 137. Coler. decis. 168, 6.*

Thef. XXXII. Hæc de Werigeldi natura, datâ hac *Usus hod.* prima occasione aliquantò latius deduximus, ut semel *Wergeldi.* principia recte constituamus, præsertim ejusmodi rei, quæ paulo obscurius communiter tractatur. Cæterum *Usus Wergeldi* non peræquè amplius hodie est. Nam & *vulnerrum* homini inflictorum, & occisorum *animalium* Wergeldi sunt abrogata, secundum *Carpzov. d. q. crim. 34. P. 1. n. 41.* & æstimatio fit ut Jure Communi, *D. Thom. de Nox. Anim. c. 9, 45. h. e. arbitrarie, Carpz. P. 2. qv. crimin. 99, 32.* Verum *H. Pistoris obs. 80.* testatur, Wergeldum animalium adhuc suo tempore in usufuisse. *Conf. Shultz. Syn. Inst. de L. Aquilia lit. B. D.* Et omnino hodieque est, sed non ratione quantitatis vetustæ, sed novam quantitatem recepit, cujus determinatio est penes judicem. Atque id rectè omnino, ac juxta rationem civilem & æquitatem, quippe quum non una sit eademque perpetuo rerum æstimatio, observarique possit, pretia animalium apud veteres valdè vilia fuisse & exigua, ut apparet ex *lib. 3. LandR. art. 51.* Cujus causæ sine dubio fuerunt, tum *pecunia penuria* apud veteres, qua pretia rerum imminui solere, observat *Bœcler. Diff. de Mens. pret.* tum prudentia *œconomica* Veterum singularis, tum *frugalitas* atque parsimonia accurata: à qua omnium rerum copia atque sufficientia dependet. Quare quum hodie ab utraque recessum, non est mirum, luxu &

D con-

contemptu scientiæ œconomicæ, pretia rerum crevisse. Malum istud ex Italia atque Gallia nobis ipsi arcessivimus: sed discipuli infeliciores magistris, qui etsi luxui dediti, non minus tamen etiam rei familiari per industriam augendæ, quod in Gallis præcipuè cernitur. Minus etiam infelices Majores nostri, quibus peritia ac studium œconomicæ non absque luxu, sed hic ad honorem duntaxat, non quotidianus, quare & sine & modo minus deterius nostrate hodierno.

*Wergeld. &
Emenda co-
aluere.*

Thef. XXXIII. Planè illud est observandum, Wergeldum non tantum ratione quantitatis esse mutatum, sed coaluisse quoque cum Emenda, ita, ut *Vulnerum æstimatio* semel fiat, & unius summæ, at quæ eo major à Judicis arbitrio constituitur, quod & *Emendam* contineat & *Wergeldum*, h. e. & pœnam pro injuria & doloribus, & restitutionem damni seu Interesse; Unde quamvis hodie frequentius *Emenda* sive *Busse* vocetur, reperio tamen & *Wergeldi* nomine Scabinis adhuc venire. Hinc quoque Carpzov. inductus, ut Wergeldum per pœnam seu mulctam defini- verit, quod in hoc mixto, de Vulneribus, tolerari posset, in puro illo, quod in Homicidio est reliquum, non item. Cæ- terum benè idem monuit, in hac vulnerum æstimatione, *non magnam haberi operarum rationem, quibus vulneratus in posterum cariturus, sed quandoque planè omitti, quum barum nomine Emenda major constitui consueverit, d. q. crimin. 99. n. 47. P. 2.* Atque hoc verum est, quando ex L. A- quilia aut actione injuriarum agitur. At quoties damnum sine injuria restituendum & æstimandum venit, adeoque in casu quo nulla pœna & Emenda locum habet, quemad- modum in præsentis argumento, si quadrupes pauperiem fecerit, tunc certè de Jure Saxonico agitur ad Wergeldum, (quod

(quod abusivè, & in hoc casu perperam, vocatur *Emenda* si-
ve *Busse*/ut & *D. Thom. de Nox. anim. c. 10. 47.* observavit,) & tunc si animal interfectum est, pretium ejus verum hu-
jus temporis adjudicabitur, sin libero homini nocitum, o-
perarum & occupationis atque acquæstus impediti ratio
habetur, & *Wergeldum* quidem constituitur, sed quanti-
tate ad nostra tempora accommodatâ. Unde de vera natu-
ra *Wergeldi* adhuc existentis jam constat.

Thes. XXXIV. Denique ex his etiam patescit ratio *Qv. de de-*
decidendi quæstionem de æstimatione cicatricum & similisformitatis
deformitatis. Ait *Cajus JC. l. 3. b. t. deformitatis ratio-æstimat.*
nem non haberi, si liberam personam vulneraverit quadrupes, l. 3. b. t.
quum liberum corpus æstimationem non recipiat. Itemque
l. fin. de his qui dej. vel effud. Sed ratio hæc quum patiatur
suas limitationes, repetenda sunt, quæ antea de ejus veri-
tate dixi. Scilicet quodcunque non habet rationem *In-*
teresse, ut vulgò loquimur, seu damni *pecuniarii*, per quod
patrimonium vel alimenta eorumve acquæstus, minuun-
tur, id in hac æstimatione non venit. Cicatrices porro, &
deformitates quæcunque, regulariter non imminuunt pa-
trrimonium aut occupationem & alimenta acquirendi fa-
cultatem. Quare nec in hoc judicium de damno refarci-
endo venire debent.

Th. XXXV. Sunt qui excipiunt deformitatem & cica- *Qv. de vir-*
trices, quæ virginibus aut foeminis in nuptis inferuntur. Quæginum de-
sententia auctorem habet Jacob. de Ravani, Dyni atq; Cyni *formatione.*
coætaneum, qui ineunte seculo XIV. vixerunt, cui ad stipu-
lati Albericus de Rosate, Paris de Puteo, & Anton. Gomez. Re-
sol. Tom. 3. c. 6. n. 12. Ait: *Adde tamen, quod in muliere bene æ-*
stimaretur prædicta cicatrix & deformitas, saltem quando
non est nupta, quia per hoc difficilius, & cum majori dote in-
veni-

veniret maritum, cui nubere possit. Itemque Simon van Leuven lib. 5. Cens. For. c. 21. n. 18. Deformitatis, inquit, & cicatricum ratio habenda est, veluti si puella innupta facies deformata sit, qua nubere non potest, nisi ampliore dote constituta, aut si honestioris viri facies per genas aut per nasum fuerit transscissa, quod prater deformitatem, probatoris vite famam onerare solet. Quae ita moribus obtinere, certius est, quam ut probatione aliqua indigeant. Ita in legibus Burgundionum t. 11. qui est de inflictis vulneribus, c. 2. sancitum: Si quis cuicumque in faciem vulnus inflixerit, in triplum vulneris pretium jubemus exsolvere, quantum in simplum ea vulnera aestimantur, quae vestibus conteguntur. Facit huc, quod Lex Saxonica cap. 2. §. 2. sancivit: Quicquid de superioribus factis in foeminam committitur, si virgo fuerit, dupliciter componatur. Conf. Gl. Lat. ad Spec. Sax. l. 2. art. 16. lit. H. D. Felzman. Instit. lib. 4. t. 3. §. 16. Brunne man. ad l. 13. num. 5. D. ad L. Aquil.

R. dub.

Thef. XXXVI. Etsi verò objiciatur, indignum esse foemina ingenua, maritum quærere forma, non virtute. illud verum est, sed nihil officit sententiæ. Aliud enim est forma quærere maritum, aliud, restitutionem quærere damni dati per imminutam spem honestæ sustentationis per matrimonium. Itaque etsi per stuprum violentum virginitas tollitur, & virginitatis per se nulla sit aestimatio, tamen aestimari solet spes nuptiarum. Qui virginem imminuit vi aut fraude, tenetur ei rependere quanti minoris ipsi valet spes nuptiarum, ait Hug. Grotius de J. B. 2: 17, 15. Scilicet finis nuptiarum ex parte foeminæ singularis ac peculiaris est, ac quæstus honestæ sustentationis suæ, idque inter onera matrimonii refertur, quæ viro incumbunt. Hunc finem qui intervertit, damnum pecuniarium infert; cujus restitutio
in

R. dec.

in hoc iudicium venit. *Conf. D. Pufend. l. 3. de Jur. N. & G.*
c. 1. §. 8.

Thef. XXXVII. Ex iis dijudicari jam potest de ampli- ^{Ampl.}
piatione illa, qua etiam ad foeminas *nuptas* aut *viduas*, qui
sperant alteras nuptias, itemque ad *mares* hanc decisionem
extendunt. Quoties scilicet imminutio patrimonii aut
acquæstus deformitate data est, toties æstimatio damni de-
formitatis competet. Cæterum idem *Gomez cautelam*,
suggerit, quâ etiam in eo casu, quo *cicatrix vel defor-*
mitas æstimari non possit, laesus aliquid ejus intuitu recipere
possit, si scilicet offensus gravius æstimabit propter hoc injuri-
am & offensam suam: nam & tunc probus & rectus iudex
gravius condemnabit, quia ex hoc diceretur atrox injuria, &
sic attentâ ista qualitate junctim cum aliis, gravius fiet æstima-
tio & condemnatio per iudicem. Verum enim verò hæc cau-
tela ad Actionem injuriarum æstimatoriam pertinet, quæ
ad pauperiem quadrupedis nihil facit. Denique in Actio-
ne de *pastu* pecoris, æstimando damnum segeti immaturæ
datum, non præcise præsens tempus, sed imò *messis* esse
spectandum, cum Durando, Argentæo, & aliis rectè asserit
D. Feltmann. de Inclus. animal. c. 36, 5. Diff. Zobel. 2. diff.
J. C. & P. 36, 7. Riebt. Dec. 5, 16. Conf. Brunnem. ad l. 21. n. 6.
7. D. ad L. Aquil. Quod autem Justinianus II. in LL. *Geor-*
gicis tit. περὶ ζημίας, ait: *ὁ βόσκων ἀδικῶς ἐν ἀλλοτρίᾳ γῆ θρέμ-*
ματα, τῷ Ἀγκιλίῳ ὑπόκειται, τὰ τέσιν εἰς τὸ διπλῆν. *Qui armen-*
ta nullo jure in alieno pascit, Aquiliâ tenetur, hoc est, in du-
plum. Illud de actione utili intelligendum. Oldendorpius
cl. 4. act. 19. §. 4. in hanc sententiam dicit, *quod tametsi in*
alieno solo nihil corrumpatur, neque contra usum solitum glans
consumta sit à pecore: quando tamen damnum adfertur, &
nullo jure fit: utilis actio L. Aquilia cum hac concurrat. Sed

adjecta interpretatio *dupli* redolet usum fori Græco-Romani à veteri Rom. paulo diversum.

Lib. IX. tit. 2

*Objectum
damnum ex
culpa.*

Thef. XXXVIII. Inspecimus unam Legislationis circa damna partem, cujus objectum est Damnum, quod absque culpa restituentis factum est, quodque *pauperiem* vocant Romani: sequitur altera pars, quæ occupatur circa damnum, quod culpâ restituentis inferitur, Romanis *Damnum injuriâ datum*, accipientibus *injuriam* strictius pro culpa tantum abstrahendo à dolo, *l. 5. §. 1. b. t.* quum alioquin damnum dolo & ex proaresi datum, injuria sit, quemadmodum circa injuriarum actionem accipitur. Ita Græci Legislatores *βλάβη* & *ἕβη* distinxerunt. Hippodamus, Milesius, ut *Aristoteles lib. 2. cap. VI. Politicor.* refert, *statuit species legum (circa delicta) esse tantum tres; de quibus enim lites exoriuntur, tria esse: ἕβη, βλάβη, γάρα.* *injuriam seu contumeliam, damnum, cadem.* Ad eundem modum Paulus Jctus inter *ἕβη* & *ἀδικία* videtur distinguere, & *ἀδικία* vocare, cum *Prætor imperitè adversus nos pronunciat, Auctor Collat. Mosayc. & Roman. tit. 2.* Sed Justinianus illum Pauli locum suum faciens, *pr. I. de injur. ἀδικία* & *ἀδικημα* distingvit, & *ἀδικημα* damnum culpa datum explicat.

Finis restitutio.

Thef. XXXIX. Officium igitur Legislatoris est, ut æqualitatem etiam circa hanc damni speciem introducat, & restitutionem ejus sanciat prodito juris remedio, seu actione, qua læsus eam persequatur: de cujus rei æquitate eo minus dubitari potest, quum, prout vidimus, etiam absque culpa damnum restitutioni ex naturali quoque jure subjaceat: At *Culpa* effectus proprius est præter obligationem ad *resarciendum* id, quod facto illo culposo alteri abest, etiam ad patiendam *pœnam* seu emendationem, quâ deinceps

Reg. de culpa effectu.

deinceps debitam negotiis suis diligentiam adhibere exci-
tetur is, qui læsit. Huic naturali obligationi Legislator
Civilis civilem indit vim & efficaciam, ut invitus in iudicio
ad id, quod debet, compelli possit.

Thef. XL. Porrò isthæc damni illatio diversimo-
dè fieri potest, aut enim quis actionè physicâ lædit alterius
res vel corpus sive ut Imperator cum Jctis loquitur, si quis
præcipuè *corpore suo* damnum dederit, §. *fin. Inst. b. t.* quam
Causam Physicam vocant Philosophi: Aut non ipse per se,
sed per talem causam physicam, eam movendo moraliter,
influit in effectum, quam *causam* vocant *Moralem*, Impera-
tor hoc ita effert, *si non corpore damnum datum*, sed tamen
vel corpus læsum fuerit, veluti si quis hominem alienum,
aut pecus ita inclusèrit, ut fame necaretur, & quæ plura
recitat exempla: vel si *neque corpus læsum* fuerit, sed *alio*
modo alicui damnum contigerit, veluti si quis misericordia
ductus, alienum servum compeditum, solverit, ut fuge-
ret. Ulpianus cum Celso vocat *causam damni* præstare, l. 7.
§. 6. b. t. Hæc quum ita sint, & æquitas naturalis & genti-
um jura omnem damni hujusmodi illationem prohibeant,
Lex tamen Civilis sæpe imperfectiori formula concepta,
apparet, ut non omne genus, sed certam speciem prohi-
buisse in sua Civitate videatur. Quod non modo pro-
pterea accidere solet, quoniam leges ita scribi nequeunt,
ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehen-
dantur, ut ait Julianus, l. 10. D. de LL. sed etiam ideo, quia
LLator, ad evitandas lites, noluit ex omnibus causis actio-
nem dare, etiamsi Jure Naturæ aut Gentium obligatio sit
enata.

Thef. XLI. Idem in hac juris parte licet depre-
hendi. Lex XII. Tabularum quæ hic disposuerit in obscuro
fere

Modus infe-
rendi da-
mni triplex

1.

2.

3.

L. Civilis
imperfecta.

L. XII. Tab.

fere est. At *Cajus* tamen *lib. 4. ad Legem illam*, innuit, Decemviros damnatum ex culpa, quam illi casum vocarunt, præstari simpliciter, sine aliqua emendatione pœnali voluisse regulariter. Ita enim *l. 10. D. de incendio, ruina*, ait: *Qui ades, acervumve frumenti juxta domum positum combusserit, vincetus, verberatus, igni necari jubetur: si modo sciens prudensque id commiserit. si vero casu, id est negligentia: aut noxam sarciri jubetur: aut si minus idoneus sit, levius castigatur.* Conf. *Revard. ad L. XII. cap. 24.* Fuisse verò & alias postea leges latas de hoc argumento, *Ulpianus* prodidit, sed eas nos voluit ignorare *Justinianus*. Ait enim *Jctus*: *Lex Aquilia omnibus legibus, quæ ante se de damno injuria locuta sunt, derogavit: sive Lex XII. Tabularum, sive alia quacunque fuerit, quas leges nunc referre non est necesse.*

L. Aquilia.

Thef. XLII. Scilicet id observatum fuerat, & Legem XII. & si quæ aliæ fuerunt, minus locutas fuisse, quam æquitatis naturalis regula exprimit, & civilis societatis necessitas flagitat. Cæterum *A. V. C. DC. XCVIII. C.* *Pompejo Magno II. & M. Licinio Crasso II. Coss.* sexennio ante Bellum Civile *Julii Cæsaris* extitit *Publ. Aquilius Gallus*, de quo *Plutarch. in Catone, & Dio. lib. XXXIX.* is legem à plebe rogavit, quam *Aquiliam* vocarunt, *l. 1. b. t.* cujus duo capita, primum *Cajus* & tertium *Ulpianus* refert, *l. 2. & l. 27. b. t.* secundum verò caput in desuetudinem abiisse idem *Ulpianus* testatur, *l. 27. §. 4.* Alius fuit *C. Aquilius Gallus*, *Jctus*, discipulus *Q. Mutii*, familiaris & collega *Ciceronis* in Prætura, auctor *Legis de dolo malo.* de eo passim *Cicero*; *Valerius* verò *Maximus* virum magnæ autoritatis & scientia Juris Civilis excellentem vocat *lib. 8. cap. 2.* Hunc intelligit *Pomponius Latus de LL. Roman. cap. de Lege Aquilia*; quam cum nostra hac Lege *Aquilia Nota ad Pomponium* confundunt.

P. Aquil. Gallus.

C. Aquil.

Thef.

Utilis.

lam juris & æquitatis naturalis extenderunt ; Nam ut Pedius ait, quoties Lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, & cætera, quæ tendunt ad eandem UTILITATEM, vel interpretatione, vel certe jurisdictione suppleri, *l. 13. D. d. LL.* Atque actionem etiam in casu, si libero homini fuit nocitum, ex L. Aquilia dederunt, quam propterea VTILEM vocarunt, *V. Cujac. 21. obs. 20.* nomine non re à directa differentem. Sic porro in aliis quoque casibus non expressis, per indirectum tamen, & propter eandem civium utilitatem & æquitatem subintellectis, v. gr. si non proprio, sed usufructuario servo nocitum sit, etiam tunc *ad exemplum Legis Aquiliae* dandam actionem Paulus ait *l. 12. b. t.*

Origo

actionis

Thef. XLV. At neque sic Prudentiæ Civili satis erat factum. Nam poterat cui, etsi domino, damnum inferri, ut neque corpore, neque corpus læderetur, sed ut lædens tantum esset *Moralis causa*, ut antea diximus, veluti qui furenti gladium porrexit, aut qui ita applicuit agens ad patiens, ut tamen non ex necessitate absoluta damnum sequatur, sed intervenientibus causis intermediis, aut remotis saltem impediens, ut qui ignem non custodivit, qui venenum pro medicamento dedit. Nam nec hos Lege Aquilia teneri, & multum interesse, occiderit quis hominem aut pecus, an mortis causam præstiterit, ait cum Celfo Ulpianus *l. 7. §. 6. b. t.* Tantum scilicet interest, quantum inter causam physicam, & moralem, aut inter causam immediatam & mediatam, proximam aut remotam. Sed tamen quum & hæ sint revera causæ, & effectus ipsis impu-
retur, ut belle demonstrat *D. Pufendorff. lib. 1. de J. N. & G. c. 5. §. 14. & lib. 3. c. 1. §. 4.* & quum Jcti fateantur, hos qui sic agunt, causam præbere : Idcirco etiam hac in parte Jus
Civile

Civile ad perfectionem æquitatis naturalis & socialitatis civilis reducerunt, atque *Actionem* dederunt, sed *in factum, in factum*. uti appellabant, *d. l. 7. §. b. Et passim*. Quæ ipsa iterum à prioribus directæ atque utili non nisi nomine differt atque origine civili aut interpretatione Prudentum. Unde colligitur, si qua in Rep. regula juris naturalis hac in parte simul ac semel à LLatore exprimat, non demum per Prudentum interpretationem, tum uno eodemque actionis directæ nomine persecutionem damni dati competere.

Thef. XLVI. Illud quoque pœnæ habuit rationem, *Pœna inficiationis*. quod in eodem primo hujus legis capite fuit adjectum, ut adversus *inficiantem in duplum* hæc actio esset, *l. 2. §. 1. b. t.* sed hoc ex Lege XII. tab. forte retentum. Nam *Tullius 3. de off. testatur, Ex XII. tabulis ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, duplicem pœnam subiret. Nisi legas dupli pœnam.* Sed quum & simplum pœnæ habeat rationem, ut antea vidimus, igitur & *duplex pœna* dici potuit.

Thef. XLVII. Atque quum & simplum pœnam contineat, ideò creditum est, ait Justinianus *§. 9. l. b. t. pœnalem esse hujus legis actionem: quia non solum tantiquisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longè pluris. Id eoque constat, in heredem eam actionem non transire, quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur.* Nec errare nos faciet, quod aliquando pluris obligari quis dicitur: nam illud non eâ intentione dictum accipi debet, quasi hanc naturalem aptitudinem pluris obligandi non haberet perpetuam; *Schneidewin. l. b. t. §. his aut verbis. Treutl. 1: 18, 10. H. Pistor. 1. q. 27.* sed duntaxat externum illius effectum, atque eventum persecutionis respicit, non essentiam & naturam obligationis, quam si attendimus,

E 2 verum

verum est, regulariter & semper obligari reum in id, quanti plurimi in eo anno fuerit, non quanti tempore dati damni est: quod si accidit, ut æstimatio maxima in tempus dati damni incidat, id accidentale quid est, nec alterat essentiam obligationis & actionis. Atque huc facit quod ut *Hottomannus* arbitrat⁹, Tullius appellet hanc plurimi æstimationem MVLCTAM L. AQVILIA, quum in Bruto ait: *Atque eodem tempore accusator de plebe L. Casidenus fuit, quem ego audiui jam senem, cum ab L. Sabelio mulctam Lege Aquilia de iustitia petivisset.* Ubi pro *de iustitia* vult legi *damni injuria*.

Damnū cō-
sequens.

Thef. XLVIII. Denique quum Lex Aquilia de corpore læso tantum loquatur, ratio tamen damni sæpe ulterius & ad consequentia damna sese extendat, ne & hinc æquitas naturalis à Lege Civili neglecta videretur, *illud ex interpretatione prudentum placuit*, inquit Justinianus, §. 10. I. b. t. non solum peremti corporis æstimationem habendam esse, sed eò amplius, quidquid præterea peremto corpore damni nobis illatum fuerit, ut ex subjectis ibi exemplis est manifestum.

II. Cap. L. A-
quil.

Cujas.

Thef. XLIX. Hæc de primo potissimum capite Legis nostræ: Alterum jamtum Ulpiani ætate in desuetudinem abierat, & quum nemo ejus mentionem ex Veteribus fecerit, à nobis ignoratur. Equidem *Cujacio Parat. C. b. t.* aliisque Jctis egisse videtur de damno exstructis citra servitutum constitutam ædibus dato, atque de quavis alia ratione damni dati, etiamsi non fuerit læsa res nostra, sed intercepta nobis forte utilitas quædam: Ut adversus piscatorem socium à *Plinio* proditum est, *lib. 9. c. 59.* qui *Anthiam* (piscis est *Atben. l. 6. Plut. de industr. animal.* cujus generis nulli capi possunt, nisi si antea piscator, diligenti & lon-

& longa intentione, sibi alium anthiam conciliaverit, quo veluti duce ad capturam aliorum uti possit) conciliatorem capturae & ducem coeperat, cum is in macello agnitus esset à socio, cujus injuria erat, damni dati editam formulam, condemnatumque aestimata lite X. libris. Constat enim socium socio teneri Lege Aquilia, l. 47. D. pro socio. Simile est quod *Quintilian. Declam. XIII.* de vicino refert, qui flores horti sui veneno infecerat, quo vicini apes interirent: eumque damnum injuria dedisse. *P. Aërod. l. 3. Rer. Jud. t. 17. c. 6. D. Pufend. l. 3. J. N. & G. c. 1. §. 3.*

Thef. L. Verum enim vero quomodo dici potest, hujus capituli materiam in desuetudinem abiisse, quum ejus observatae exempla & ratio proferantur. Deinde verosimile non est, caput intermedium fuisse generalius, quam & primum & ultimum, quum legum quæ de specialibus ordiuntur, pars generalior postremum sanctionis obtinere soleat. *Oldendorpius cl. 6. act. 12.* putat hoc caput sub aliis satis comprehensum. Sed non præsumitur talis tautologia in LLatione Romana. At quid si de damno frugibus dato hic actum fuerit, quod & alterum caput fuit Tabulae VII. Decemvirorum: **QVI FRVGES EXCANTASSIT.** De quo *Seneca lib. 4. Natural. quest. c. 7.* ait: *Apud nos in XII. Tabulis cavetur, NE QVIS ALIENOS FRVCTVS EXCANTASSIT. rudis adhuc antiquitas credebat, & atrabi imbres cantibus & repelli: quorum nihil posse fieri, tam palam est, ut hujus rei causa, nullius Philosophi schola intranda sit.* Imò vetus erat opinio, periculum esse aliquod à fascino, ubi quis impensius laudaret aliena, unde receptum ut voce *Præfiscini* uterentur, qui nollent nocere; *Muret. l. 9. Var. lect. c. 3.* Facit huc lex Bojorum *tit. 12. c. 8.* *Si quis messes alterius iniuriaverit maleficis artibus, & inventus fuerit, cum 12.*



Solidis componat, quod ARANSCARTI dicunt, & familiam ejus & omnem substantiam ejus, vel pecora ejus habeat incurat usque ad annum. Verum nihil temerè assero: quanquam verisimillime Chiffletii & D. Strauchii videatur connectura, actum esse hîc de *Servo corrupto*: de quo postea singulare Edictum fuit proditum, & actio data in duplum, l. 5. §. 2. de *serv. corr.* quum ex hoc capite tantum in simplicum regulariter data videatur. Sed hujusmodi in rebus sollicitiores esse, est tempore abuti.

III. Cap. L.
Aquil.

Thes. LI. Tertium itaque caput est: CÆTERARVM RERVM, PRÆTER HOMINEM ET PECVDEM OCCISOS, SI QVIS ALTERI DAMNVN FAXIT, QVOD VSSERIT, FREGERIT, RVPERIT INJVRIA, QVANTI EA RES IN DIEBVS TRIGINTA PROXIMIS TANTVM ÆS DOMINO DARE DAMNAS ESTO. In primo capite duntaxat de *seruo* atque *pecude* actum, quippe de principalibus instrumentis rei familiaris, & antiquissimæ vitæ pastoritiæ atque agriculturæ, ut Hesiodus docet:

Diff. à primo.

οἶκον μὲν πρῶτα, γυναῖκα δὲ, βέντ' ἀποτήρα.
& Aristot. 1. Pol. 3. ea vocat ἐργαζα ἐμψυχα τῶν οἰκονομικῶν.
In ultimo de *cæteris rebus* omnibus, quibus perditis vel deterioratis rei familiari damnum datur. Atque in æstimatione cernitur differentia, quod minus spatium in cæterarum rerum æstimatione, quanti plurimi, quàm in æstimatione servi atque pecudis, tanquam magis necessariorum ὀργάνων, scilicet non annum, sed *menstruum*: unde minus pœnæ in hac æstimatione ac præstatione continetur. Est tamen nihilominus Actio ex hoc etiam capite *pœnalis*: Et si non-domino fuit nocitum, *Utilis* actio competit; atque si duntaxat causam præbendo, *In factum* dicitur actio. Atque

que ita regulæ juris naturalis amplitudo, de qua antea per Legem Aquiliam ejusque interpretationem satis expressa videtur.

Thef. LII. Conferamus nunc Teutonici Juris ^{7. Wisigoth.} Moris variationem. Diximus ab initio duo in hoc argumento venire in obligationem & actionem, primò *reparationem damni*, deinde *lutionem culpa*. Diximus quoque arbitrarium esse, num Legislator civilis velit ea separatim Lege Civili complecti, an reparationi & pœnam indere. Posterius à Romanis vidimus observatum. Sed prius placuit gentibus Teutonicæ originis: inter quas primò sese *Wisigothorum* offerunt leges, quarum *liber octavus* de damnis & eorum reparatione prolixus est, ex quibus omnibus apparet, æstimationem damni de præfenti factam, non quanti maximi in anno vel mense retro fuerit, aut rem ejusdem generis restituendam fuisse; pœnam autem separatim extra damni æstimationem venisse, eamque in servis corporalem, nempe flagellorum. Sed præ cæteris huc facit *Lex II. tit. IV. Si quis alienum animal occidisse aut vulnerasse convincitur, non dampno qualicumque compulsus, (h. e. non vindicandi animo) alium ejusdem meriti (pretii) reformare (restituere) cogatur. Et si servus est, L. flagella suscipiat: ingenuus vero quinque solidos det. Nam si eundem dampni commovit injuria, ut eum occideret, aut debilitaret, pretium pecudis aut animalis reddatur occisi vel debilitati, & nihil patiatur injuria.* A qua tamen ratione recessit *Theodoricus Gothorum* in Italia Rex in *Edicti cap. CLII.* sancinns: *si alienus servus ab aliquo, vel rusticus occidatur, in potestate habet dominus ejus aut criminaliter de obnoxii morte agere, & homicidam capitaliter accusare; aut de damno certè amissi mancipii civiliter actionem proponere, ita ut pro uno servo occiso, duos tales recipiat.* Thef.

Burgund.

Thef. LIII. Burgundiones verò in additamento legum suarum *cap. VI.* ita : *Quicumque de lapide, aut fuste, vel secure inversa cuicumque brachium aut tibiam fregerit, jubemus ut ei XV. solidos solvat :* (reparatio damni) & *multa nomine solidos VI.* Porro & Lex Salica non minus operosa est in æstimandis damnorum speciebus atque formis pro variis casuum circumstantiis, de quibus singulis excutendis nostrum institutum hic non est: illud tamen exinde cognoscitur, etiam Francos reparationem damni separasse à multa, neque hanc dictasse, nisi ex causa *inficiationis.*

L. Salic.

Inficiationis pœna.

Instar omnium sit *cap. VI. tit. X. Si quis animal vel quodlibet pecus, per suam negligentiam nocuerit, & hoc domino ejus confessus fuerit, capitale* (aliud caput sive animal integrum) *in locum restituat, & illud debile ad se recolligat. Si vero negaverit, sed tamen convictus fuerit, DC. denariis, qui faciunt solidos XV. culpabilis judicetur, excepto capitali & dilatura.* Itaque tria hic sunt solvenda: *capitale* ipsum, sive res æquivalens aut pretium simplex de præsentis; *pœna XV. solidorum, h. e. X. Uncialium;* & *dilatura* sive delatura, h. e. sumtus dilati seu retardati processus, ut in hodierno foro loquimur. Confer. *Wendelinum Glossar. Salic.*

J. Alem.

Thef. LIV. Alemanni *tit. LIX. & seqq.* de compositione damnorum ad tertium Leg. Aquiliæ caput pertinentium plurima speciatim determinarunt. Deinde etiam de iis, quæ ad primum. *Titulo 78.* pretium bovis definivere, & compositionē in illo solo posuere. *Lex: Optimus bos quinque tremisses valet, medianus quatuor tremisses valet, minor sicut adpretiatus fuerit, Qui de ipsis aliquem involaverit, sicut Lex habet, ita componat.* Tremissis fuit ab initio nummus aureus, tertia pars Aurei sive Solidi; quod genus monetæ ab Alexandro Seyero, teste Lampridio fuit adinventum.

Tremissis.

Verum

Verum ut Franci & Alemanni Solidis argenteis usi, & eorum quantitas regulariter ad XII. denarios à Carolo M. reducta, LL. Lomb. 2: 22. ita etiam Tremissis de argenteo nummo regulariter est in his legibus intelligendus, qui adæquat tertiam solidi argentei partem. Cum porrò hic duodecim denarios contineret, ut antea vidimus, tremissis continet quatuor. Lex Ripuariorum XXIII. *Quod si servus servum ictu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est: sed tamen propter pacis studium, tremissem, id est IIII. denarios componat.* Itaque tremisses quinque adæquant nostræ monetæ *Philippicum, Dickthaler* / sed quum hoc pretium bovis optimi ad nostra tempora sit incredibile, potius tremisses aurei intelligendi videntur, solidus autem aureus XL. denariis constabat, Gronov. l. 3. de Pec. Vet. c. 6. tremissis igitur XII. denariis & una tertia constiterit: & pretium bovis optimi quinque & dimidium solidos seu florenos imperiales conficiet: Satis adhuc vilitatem pretiorum istis seculis frequentatam docens. *conf. Scene. ad Reg. Maj. l. 4. c. 36.*

*Vile bovis
pretium.*

Thef. LV. Leges *Baivariorum* quemadmodum e. J. *Bav.* eodem tempore concinnatæ fuerunt, ita eandem fere sequuntur rationem, uti ex tit. IV. & V. constat, quibus addendæ Leges IX. & 10. tit. VIII. ubi de damno culpa dato, & per inficiationem accumulato sancitum: *Si quis occultè in nocte vel in die alienum caballum aut bovem, aut aliquod animal occiderit, & negaverit, & postea exinde probatus fuerit, tanquam furtivum componat. Si autem non volens, casu faciente occiderit alienum animal, & non negaverit, consimile dare non tardet, & cadaver mortuum accipiat.* Rip. Sax. Confer Leg. Ripuar. t. LXXXII. seq. Item Leg. Saxon. cap. 1. Fris. Lon- XI. XII. Leg. Frison. t. IV. ubi æstimatio ei, cui damnum da-^{gob.} tum commissa cernitur. adde & t. XXII. Denique Leges

F

Lomb.

*Longobardica dilucidè docent, adeo separasse Teutonum
Legislatores pœnam à reparatione damni, ut solum Wer-
geldum seu reparationem æstimati damni absque pœ-
na sancierint. Lib. I. tit. XIX. cap. II. Si quis focum super
novem pedes à focalari portaverit, & damnum ex ipso foco si-
bi aut alteri factum fuerit, ipse qui focum portavit, damnum
ferquidum, i. e. simile (simplum) componat, ideò quod nolens
fecit. Et si intra ipsos novem pedes, quod est de focalare
damnum fieri sibi aut alteri contigerit, non requiratur. conf.
& cap. sequens, & c. XXI. ac passim.*

J. Sæv.

Thef. LVI. Non multum à priscis illis recedunt
Leges Alemannorum Carolina, quas vocarunt, Germani-
ca. LandR. c. CLXXXIX. Ain ieglich Man sol gelten den
Schaden/ der von sinen Schulden geschiehet mit Gescihhte
*ita Cod. Pergam. Vindob. cateri omnes mit Geschichte. per-
peram: Gescihhte notat Geschütte / projectum terra, veluti
quum fontes & foveæ effodiuntur aut cellæ. Unde sequitur:
Wer Brunnen oder Gruben grebet / der sol die vortwer-
chen/ also hoch / daß es einem Mann über seine Knye gee.
Ob er das nicht tut/ welcher Schad davon geschicht den sol
er gelten. Iwer Keller oder ander Gruben grebt / der sol sie
machen an der Letzt Schaden/ und sol sie nicht fürbas setzen
in die Strasse / dann sibn Schuch. Ist aber die Strasse
als enge/ so sol er sie nicht in die Straß setzen Sed quum
plura & hic extent capita de singularibus damni speciebus, non
erimus in his prolixiores. Illud peculiare de servis in cap.
CLXXXVII. Wer eines Mannes Knecht schlecht oder raubt
oder wundet oder beraubet/ dem Herrn zu Lastere / (*ad in-
vidiam & damnum domini*) da sol er in paiden püssen. Er
bered dann zu den heiligen/ daß er das den Herrn tweder zu
Laster noch zu Schanden hab getan/ so ist er der einen Busse
ledig*

ledig gen dem Herren. *Quandoque etiam reparatio damni
mera est, sine poena parti, sed multa judici tantum solvenda.*
c. CXCI. Und ist das ein Mann ainen Baum zu Walde
hauet der den Weg ist also nahent daß er daran vallen mag.
schlecht der Baum ainen Menschen zu tod / man sol venem
das Haupt abschlahen. schlecht er ain Bih zu tod / er sol es
gelten als werth es was. Und sol dem Richter wetten ain
Frävel.

Thef. LVII. Jure Saxonico eadem ferè leguntur, *J. Sax.*
& ex parte explicatius. Videas *lib. 2. Land R. art. XXXIV.*
Art. XXXVIII. Art. XLVI. Art. XLVII. Lib. 3. Art. XLVIII. Ar-
tic. LI. Art. LXXXVI. Ex quibus apparet, certas plurima-
rum rerum fuisse æstimationes, quas vocarunt Wergelda,
de quibus antea pluribus; ea poenam non continent; &
quamvis hodie istæ quantitates non sint in usu, res ipsa ta-
men utique obtinet. Soluta porrò pretio, liberatur, qui
damnum culpa dedit. *Lib. 3. Art. 48. Occidatur autem aut*
mutiletur animal, non ex hominis consensu, sed tamen ex cul-
pa, & si hoc juratur, sine Emenda persolvetur. Ge. Schulz.
Syn. Inst. de L. Aquil. lit. & d. & fin.

Thef. LIX. Atque adeo videtur, actionem da- *An actio sit*
mni solâ culpâ seu negligentia dati persecutoriam, non es- *pœnalis?*
se poenalem Jure nostro; quippe quum nec poena debeat-
tur, nec quanti maximi valuerit, *Zobel. diff. J. C. & S. P.*
IV. diff. IX. & X. Schneidew. l. b. t. §. pen. fin. D. Struv. b. t. th.
25. itaque sentit D. à Leuven Cens. For. l. V. C. 21. §. 16. Ve-
rum quum non inspiciendum sit, quid tandem in senten-
tiam venire possit, sed quid in libellum: porrò quum jura-
mentum requiratur, quo culpa à dolo & prohæresi purge-
tur, *d. art. 48.* adeoque quum dolus à culpa abesse non
præsumatur, sed juramento demum dolus à culpa separe-
F tur;

tur ; igitur regulariter præter damni æstimationem, etiam Emenda seu pœna læso debita peti potest, atq; ita pœnalem eam esse etiam nostro jure rectè asseritur ; neque adversus heredes competere, Carpz. 4:12. def. 9. H. Pist. P. 1. Q. 27. Richt. Dec. 55, 19.

Actio L. A. quil. an & quat. in usu fori nostri. Thes. LIX. Ex hæctenus tractatis vidimus, quàm una justæ ac æquæ regula in omnium quidem gentium legibus cernatur, sed ea tamen in aliis aucta, in aliis minuta, prout Legislatori cuicque Reip. suæ suisque civibus ac eorum moribus commodius aptiusque visum. Liquet etiam diversam hic in multis esse Legislationem Romanam à Teutonica, ut non immerito dubitari possit, an in foro nostro usus sit aliquis Legis Aquiliæ & inde competentis actionis directæ, aut ejus subsidiariorum utilis & in factum.

R. Dub. 1. Directa utilis & in fact. an in usu. Certè non male monuit *Brunnemann. ad l. 7. n. 11. ad l. 9. n. 1. ad l. 11. n. 14. D. b. t.* differentiam istam actionis directæ, utilis & in factum in foro non attendi : nam in judiciis indistincte eum, qui mortis (*cujusvis damni*) causam per culpam præbuit, ex L. Aquilia teneri & supervacuum esse ad eo (quod *in cathedra sit & scholis*) in discrimine actionis L. Aquiliæ directæ & utilis & in factum operam infumere & sollicitè distingvere. Rectè omnino, quia istæ differentiæ ferè ex unice Juris Formularii Flaviani apicibus profluxerunt. *conf. Schneidw. I. b. t. §. cap. tert. n. fin.*

2. Petitum libelli quod Th. LX. Sed nec quod in ipsa directæ actione, cæterisque subsidiariis, in petitionem venit, nempe quanti maximi res eo anno vel mense fuerit, id in actione nostri fori petitur, aut à judice pronunciat, sed ad reparationem damni tantum agitur, quanti eo tempore res valuit, quod damnum datum est, & simul ad pœnam seu emendam, nisi dolus juramento purgatus, *per d. art. 48. lib. 3. & Dd. nostrates*

Exc.

unschuldig ist. Exceptâ tamen ni fallor, eâ culpâ, quæ cum proeresi quadam est conjuncta, imperfecta tamen, nec dum ad dolum pertingens, veluti quæ ex doloris impetu, ut in l. 38. §. 8. D. de adulter. Carpz. Qv. Crimin. 142, 30. seqq. aut è misericordiæ ductu ortum ducit, §. fin. I. b. t. quibus in casibus de nostro jure pœnam arbitrariam infligendam esse non dubitamus.

Quamdiu
duret hæc
actio.

Thef. LXIII. Etsi verò Actio, prout hodie ex causa Legis Aquiliæ solet institui, ex natura actionis injuriarum aliquid participet; quoniam tamen fundamentum illius potissimum in culpa & damni inde emergentis reparatione consistit, itaque etiam hæctenus retinet naturam actionis Legis Aquiliæ, & non ut actio injuriarum, anno præscribitur, sed perpetua est, ut aliæ civiles actiones, Sicbard. ad Rubr. C. de L. Aquil. n. 3. Wesenb. ad Schneidw. I. b. t. §. bis autem verbis.

Inficiatio-
nis pœna.

Thef. LXIV. Cæterum quamvis non tantum Jure Romano, sed etiam Salico Francorum inficiationis pœna erat duplum, atque ad id eventualiter in actionis hujus formula semper agi poterat, veluti etiam Oldend. petitionem hujus actionis subalternatam institui posse tradit, §. 7.

Non in usu.

b. t. Usus tamen fori nostri nec illud observavit, testante & reprehendente Sicbarde in Rubr. C. b. t. fi. Quod verò novè, verè tamen, in libelli fine adiecimus, negantem esse condemnandum ad duplum, id hodiè nunquam fit. Est tamen utile. Usque adeò autem est fortis illa adjectio, ut iudex teneatur secundum illam pronunciare: & nisi faciat, potest ab eo appellari. Sed quid si nec in appellationis judicio id sit in usu? Certè frustra invehimus in cathedra in usum forensem, quem nec possumus tollere, destituta vel Legislatoria vel Prætoria auctoritate, nec fortè satis refutare; quum
usus

usus fori nostri propterea non sit temerarius aut iniquus, quod non peræquè conformis est Juri Romano; quin imò æquitati naturali longè propinquior in multis articulis deprehenditur.

Thef. LXV. Igitur nollem excidisse Jctorum nostra- *Sichard.*
tium maximo, quod *ad eandem rubric. n. 13. 14.* inculcans *not.*
practicam libelli L. Aquiliæ, ait: *Illis sic præmissis, acceden-*
dum est ad practicam, & præsertim ad confectionem libelli in
actione L. Aquilia. Et quum in omnibus judiciis nulla actio
sit frequentior illa, diligenter perpendenda est forma, non qui-
dem talis, quam hodie indocti Advocati usurpant, & indocti-
ores judices sequuntur, sed qua stabiliatur legibus & juribus,
qualem ego nullam unquam vidi in practica. Bona verba
quæso! nec Advocatos, nec Judices credo indoctos, qui u-
sum sequuntur fori, quem licet non Leges Romanæ suppe-
ditent, suppeditant tamen patriæ leges, atque mores ratio-
ne civili haud minus destituti. Sed pergit: *Ex quibus jam*
liquet, quantum erretur hodie in practica: ubi in damnis da-
tis, & in iisdem sarcendis nunquam fit mentio neque præteri-
ti anni, neque triginta dierum. Enimvero error haud est,
quod Legi alicui Romanæ non est conforme, conforme
tamen est & ipsi Juri Romano Veteri, & naturali æquitati,
& moribus patriis. Id autem in praxi non observari post
alios testatur Brunnem. *ad l. 27. n. 7. b. t.*

Thef. LXVI. Denique ut quod res est, dicam: Tres *Tres actio-*
sunt modi, quibus ex causa damni injuria dati agi in foro *nes hodie.*
hodierno poterit, quos nec confundere invicem, nec si alio
præ alio uti quis voluerit, propterea imperitiæ accusan-
dus, quia omnes sunt jure ac moribus probati. Primus *I. Simplicis*
atque communissimus agendi modus, atque Juri naturali *damni per-*
ac gentium proximè accedens, est, quo non nisi reparatio- *secutoria*
nem *nō pœnalis.*

Rei equiva-
lents resti-
tutio.

nem damni persequimur, quæ fit vel restitutione rei æqui-
valentis aut pretii, sive alicujus poenæ persecutione. Hac
actionis species est moribus Teutonicis tum priscis tum
hodiernis tritissima, & perperam à *Sichardo* reprehensa.
Nam quod & *Canonistas* in *c. si bos. 3. de injur.* errare dicit,
putantes in libello de bove cornupeta posse concludi, ut æ-
que bonus bos mihi detur, ipse errat, & diversa remedia
confundit. Receperant & mores Teutonici atque Gothi-
ci & canones Ecclesiastici hoc reparationis genus ex divino
Hebræorum jure *Exod. XXI. fi. Si sciebat, quod bos cornupe-
ta esset, ab heri & nudius tertius, & non custodivit eum domi-
nus suus, reddet bovem pro bove, & cadaver integrum accipi-
et.* Cæterum hujus actionis ad simplicem damni restitu-
tionem directæ, formulam in nostro foro usitatam exhi-
bet *D. Svendendorff. de Act. For. c. 3. m. 27. f. 1. Daß Beklag-
ter den angegebenen Schaden zu ersetzen/ &c.* Atque hæc
neque ex *L. Aquilia*, neque poenalis.

II.

Thef. LXVII. Præter hanc communissimam compe-
tit etiam actio *ex Lege Saxonica lib. 3. art. 48.* poenalis cum
injuriarum actione cumulata, deferens juramentum reo,
quo à dolo & poena liberetur. De hac antea diximus, quæ

III.

tamen ipsa in foro minus frequens, opinor. Denique ter-
tio prodita est *ex Lege Aquilia* actio poenalis, & cum Jure
Romano in Imperio Teutonico recepta. Quæ etsi non
ita trita est in fori usu, de qua re querebatur *Sichardus*, &
inde nec *Schneidwinus* nec *Oldendorpius* practicam ejus
formulam exhibent: non dubito tamen ejus usum esse pos-
se, secundum ea fundamenta, quæ in primordio hujus ad
Pandectas commentationis jecimus, & quemadmodum
Sichardus ejus formulam commendat. Atque hîc etiam
injuriarum poena locum habebit, quod contra *Groenevv.*
asserit

asserit Brunnem. *ad l. 23. n. 20. D. h. t.* Sed neque æstimationem *quanti maximi in anno* fuerit, moribus Teutonicis repugnare docet *Jus Svecicum cap. 312. §. 3.* de donatione Ecclesiæ facta, quam heredes donatoris temerè revocare tentant & contra instrumentum donationis: *Hanget aber nicht dann ain Insiegel daran/so ist es doch stât/ und die das Gottshaus haben angesprochen/die sülent dem Gottshaus püssen mit als viel Guts als das Gut gilt ain Jahr / das sie da ansprechen. Das ist davon gesezt / das sich ain Mann hûte vor unrechter Ansprach.*

Thef. LXVIII. His ita distinctis, facile jam *diju- l. 11. §. 2. h. t.* dicari poterit decidendi ratio ad quæstionem inter theoreticos & pragmaticos non satis liquidam, de damno à pluribus dato, & actione contra unum instituta & victoria *Qv. de pluribus damnum dantibus.* obtenta, an cæteri sint liberati? Ait quidem Ulpianus *l. 11. §. 2. h. t. si servum plures percusserint, utrum omnes quasi occiderint teneantur, videamus.* Et si quidem apparet, *Dec. de J. R.* *cujus ictu perierit, ille quasi occiderit, tenetur, quod si non apparet, omnes & singuli, quasi occiderint, teneri, Julianus ait. Et si cum uno agatur, cæteri non liberantur. Nam ex Lege Aquilia, quod alius præstitit alium non relevat, cum sit pœna. Conf. l. 51. D. h. t.* Atque vera hæc sunt, quoties actio pœnalis instituitur, qualis est Aquilia.

Thef. LXIX. Quanquam ratio Juris Civilis haud *R. Dec. ex-* est necessaria & immutabilis veritatis, nempe : *Quia cul-posita.* *pam commiserunt singuli, ergo singuli damnum restituere in solidum tenentur.* id inquam per se haud sequitur, sed hoc duntaxat ; *Igitur singuli teneantur ad pœnam in solidum.* In hoc enim differt reparatio damni ab exactione pœnæ, quod ibi uno solvente reliqui liberentur ; cum idem damnum bis reparari æquum non sit, sed ut solida pœna pluribus,

G

ribus,

ribus, qui ad idem facinus concurrerunt, infligatur, frequens est, ait *D. Pufendorff. l. 3. J. N. G. c. 1. §. 5.* Atqui etsi ea actio poenam continet, non tamen meram, sed potissimum reparationem damni. Culpa porro non est causa adæquata reparationis, sed damni illatio, cui accidit culpa: potest itaque per rei naturam & *damnum* restitui à pluribus divisim & pro rata, & *culpa* à singulis in solidum, *lui*. Sed placuit tamen Romanis, damni reparationem à culpæ præstatione non separari, & sic utraque in concreto poena dicitur, ac potest hætenus reparatio damni bis ac pluries à pluribus *damnum* dantibus, *per modum poene* impetrari ista actione.

*Decis. de J.
Germ.*

Thes. LXX. At quando actione ex moribus ad *meram damni reparationem*, qua poena culpæ non comprehenditur, agimus, opidò patet, singulos *damnum* dantes conjunctim, non in solidum teneri, quum nulla sit poena, sed restitutione facta semel ab uno, idem à cæteris pluries peti nequit; veluti si plurium culpa incendium ortum fuerit, *damnum*que vicino datum & ab uno resarcitum, cæteri liberantur. At quoties *actio poenalis ex moribus* instituta est, & poena damni æstimatione petitur atque pronunciatur, tunc etiam distinctè est decidenda proposita quæstio, atque reparatio damni ab omnibus pro rata solvenda est, aut ab uno soluta cæteri liberati sunt; verum poenam omnes & singuli in solidum solvunt. *Conf. Brunn. ad d. l. ii. b. t. Carpz. decis. 190, 19.* Idque verum est de *Wergeldo*, quatenus id hodie etiam Emendam seu poenam continere supra ostendimus. *Carpz. 4. ii. def. 4.*

*Text. J. Sax
expl. l. 3. a.
46.*

Thes. LXXI. Atque ita intelligenda duco verba *Juris Saxonici lib. 3. Land R. art. 46. Pro uno vulnere, non nisi unus impetitur, licet rei operis & auxilii possint plures accusa-*

cusari. h. e. impetrata semel damni per vulnerationem dati reparatione, eandem non possum à cæteris rixatoribus porro petere, bene tamen emendam ob præstitam operam & auxilium. Quod pluribus exponitur in Jure Svevico cap. CCCI. Und ist das ein Man oder mer an einen lauffet und in swundent ainer Wunden oder mer. Wer die Wunden geschlagen hat der soll sie auch püssen. Die andern die dapey waren / habent sie wedere gestochen noch geschlagen noch daheine andere Sat begangen / noch jenen gehabt / der da swund ist / so seint sie an der Wunden unschuldig. Habent sie aber plosse Waffen gehebt / damit habent sie gefrävelt / das süllent sie püssen dem Wunden und auch dem Richter / nach dem Recht / als da gesezt ist. Da en segen wir nicht höher Puß umb / dann ain Pfund der Landpfennyng. etwa gait man mynner. das ist auch gut. dise puß sol dem Elager halbe werden / ober Pfennyng wil. wil er nicht Pfennyng so piet er im ere (Güte / compositionem amicabilem) noch ir paider Freiwnt Rat / und nach des Richters Rat / das ander Zeil sol dem Richter werden und nicht mer.

Thef. LXXII. Porro ex rite jam distinctis Juris *Heres qua-* Romani atque Germanici principiis, etiam aperta est de- *tenu tenu-* cidendi ratio quaestionis de *berede* damnum dantis, an ad- *atur.* versus illum detur actio? Quod de *Actione L. Aquilia*, utpote pœnali recte negatur, nisi defunctus litem contestatus, aut heres ex damno locupletior factus. *l. 23. §. 8. b. t.* Sed hæc ipsa juris civilis ratio conficit, quando per actionem ex moribus damni solius reparationem persequimur, actionem hanc etiam adversus heredem regulariter dari; de qua loqvuntur canonici juristextus, *c. fi. X. de sepultur. & c. in literis. X. de raptorib.* conf. Brunnemann. *ad d. l. 23. n. 11. 12. b. t.* Scilicet etsi obligatio hæc, atque damni mera *R. Dub.*

persecutio *ex delicto* vel quasi ortum trahit, ut ita ad heredem transmitti posse haud videatur, etiam tum, quum non poenam, sed rem tantum ablatam aut corruptam persequatur, quia etiam hoc debitum ex vero vel quasi delicto defuncti procedit.

R. Dec.

Thes. LXXIII. Sciendum tamen est, *factum* istud, sive verum sive quasi delictum, duabus partibus constare, una est *ablatio* aut corruptio *rei alienae*, quod proprie *damnum* dicitur, altera est *injuria*, culpa, aut dolus, ex qua delictum verum vel quasi formaliter constat. Pariter igitur se habet etiam *obligatio* ex istoc facto orta, & ex duabus itidem constat partibus, respectu *rei ablatæ* aut corruptæ, ad *damni reparationem*, respectu *injuriæ*, ad correctionem personæ & emendationem *pœnalem*, quæ vel privata est, vel publica, neutra autem ad heredem regulariter transmittitur: at prior vero obligationis species, ad *damni reparationem* non personam respicit delinquentis, sed rem ac *bona*, ex quibus reparatio est facienda; sicut igitur *damnum* dans obligatus est, ad *damnum* resarciendum ex bonis suis, ita *damnum* passus habet jus & *actionem ad rem* ablatam vel corruptam reparandam *ex bonis ledentis*. Utrumque ergo & obligatio & jus petendi transit cum hereditate ad heredes: quum *hereditas sit obligata*, & per ejus *aditionem* etiam heres. In hanc sententiam D. Pufendorff. l. 3. de J. N. G. c. 1. §. 11. ait: *Præstationes personales solvit mors, non debita, quæ bonis velut inbarent, neque ad quosvis possessores comitantur. Quale est hoc debitum damni reparandi.* Imò ipsæ etiam personales præstationes ad heredem transmittuntur, quatenus ex obligationibus non pœnalibus proveniunt, & non pœnæ, sed *rei præstationem* designant, qualis est *rei reparatio*.

tio. Atque hoc est, quod *Moralistæ* in foro conscientiae heredem teneri ad reparandum damnum asserunt. Indeque is, cui furtum factum, *hypotheca tacita* jus ac privilegium obtinuit in *bonis furis*, ut auctoritate & usu fori etiam nostri docet Carpz. *dec. 190, 15.* Porro jus in bonis viventis per solam mortem ejus non intervertitur.

Thef. LXXIV. Rigida hic est Lex *Ripuariorum Tit. LL. Germ. 67. c. 1. Si quis moriens debitor, aut testamenta (instrumen-comparata) venditionis seu traditionis aliqua fecerit, si filios aut filias non reliquerit, quicumque de parentibus suis quantum unus solidus valet in hereditatem acceperit, vel cui Werigildus ejus, si interfectus fuisset, legitime obveniebat, omne debitum per ipsum solvi judicatur, & omne factum ejus idoniare studeat, aut culpam incurrat.* Mitiora jura Teutonica, qui non ultra vires rerum nobilium hereditatis volunt teneri heredem, nec ad reparationem damnorum ex furto aut rapina. Jus Saxonicum *lib. 1. Land R. art. 6. Wer das Erb nimt/ der sol zu Recht die Schuld gelten/ als fern das Erbe geiveret/ (ita emendandum ex vetustissimo Cod. MS. Vindob. cujus copiam obtinuimus nuper ex immortalis beneficio Illustris Dom. Petri Lambecii, S. Cæs. Majest. Consilarii, Historiographi & Bibliothecarii celeberrimi, Fautoris ac Patroni ætatem venerandi.) an der fahrenden Haab. Dieberey/ Raub/ oder Spielgeld/ (MS. Vind. Zoppelspiel) ist er nicht pflichtig zu gelten/ noch keine (dergleichen) Schuld/ denen (solche) der er (Nus oder) Wiederstattung empfieng/ oder da er war Bürg für worden. Jus Svevicum c. 7. & 8. Wer Erb nimt/ der sol auch zu Recht die Schuld gelten/ die der tot Mann gelten solt. Diebheit/ noch Spil/ noch Raub/ noch Bucher der ist nymant schuldig zu gelten für den andern/ noch ob er wieder kein Gericht icht getan hat. Ist aber*

aber ein Schuld auff In erzevgt an (ohn) die / die ich isund
genennt han/die erzevgten Schulde sullent die Erben püs-
sen dem Cläger und dem Richter. Ist aber kein Schuld
auff den toten Mann erzevgt / so püssent auch die Erben
nicht.

*Cum Roma-
nis.*

Thef. LXXV. At Romani etiam in causa furti obli-
gationem ad rei ablatae restitutionem in heredes transmit-
ti voluerunt, §. ult. f. de obl. ex del. quo jure nos non uti-
in foro, retento nostrate, tradit Carpzov. *Decis. 190.* Cujus
rei ratio vix alia apparet, quam quod Legislatores nostra-
tes, quum furtum æquè ac rapinam severiore capitis cor-
porisve pœnâ plecterent, liberis ac cognatis heredibus vi-
cissim, præ Jure Romano, favere voluerint, ita, ut gran-
dior pœna publica absorberet & privatam & reparationem
Rat. civil. damni. Verùm enim verò non video, quomodo hæc con-
venient regulis justitiæ atque civilis societatis scopo; nec
enim æqualitas inter cives læsum ac lædentem per corre-
ctionem solius personæ etiam severissimam obtinetur, sed
per reparationem potius damni & restitutionem rei abla-
tæ. Unde est, quod in *Concilio Basiliensi*, quo de reforma-
tione Ecclesiæ & Reipublicæ per XV. annos tractatum & A.
C. 1431. captum, hic articulus Juris nostri fuerit reprobatus
his verbis: *Duodecimus, quod hæres non tenetur respondere
de furto vel spolio perpetrato per illum, cui succedit in heredi-
tate, quod erroneum est, saltem in foro conscientia.* Quæ eò
Monit. faciunt, ut, quamvis jus, quo utimur, tollere difficile sit in
universum, etiamsi durum, tamen Princeps ac Senatus su-
premus, penes quem potestas Legislatoria ac jus aggrati-
andi ac dispensandi est, possit eò facilius ad dispensatio-
nem ac pœnæ mitigationem inclinare, quò inæqualitas ista
& de-

& defraudatio rei suæ evitetur, & regula justitiæ sanctius observetur.

Thef. LXXVI. Sequitur specialis actio de damno *T. III. de his* injuria dato per *effusionem* vel *dejectionem*, itemque per *po-* *qui dejec.* *sitionem* vel *suspensionem* de suggrando vel projecto, ibi, ubi *iter publicè* fieri solet. Quæ damni species sine dubio genere continetur suo, de quo Lex Aquilia in universum *Ratio Civil.* disposuerat, ut peculiari actione opus fuisse non videatur. Verum Legislatoria Romanorum Prudentia rebatur, non sufficere actionem L. Aquiliæ; *favorem enim securitatis itinerum* tantum esse debere, ut graviori odio *pænæque* digni censendi, qui *damnum* inferant adversus itineris securitatem, quàm actione L. Aquiliæ contineretur. Quare hæc actio singularis à Prætore adinventata fuit, IN DVPLVM, semper, non habito respectu ad inficiationem, aut culpam habitatoris propriam, sed culpa ejus censetur, recepisse ejusmodi homines, quorum culpa securitas commeantium lædatur. Hoc est quod Ulpianus *l. 1. §. 1.* ait: *Summa cum utilitate id Prætorem edixisse, nemo est, qui negat. Publicè enim utile est, sine metu & periculo per itinera commeari. Et, semper ea loca, per quæ vulgo iter fieri solet, eandem securitatem debent habere.*

Thef. LXXVII. Non tam igitur ad exemplum Legis *Causa proxima.* Aquiliæ, quam ut auctarium & quædam quasi extensio causæ illius, prodita est hæc in factum actio. Cujus causa proxima est, non tantum culpa propria, ut in Legis Aquiliæ actione, sed & *culpa suorum* ab habitatore præstanda; ut Paulus docet *l. 6. §. 2. b. t. Habitatorem suam suorumque culpam præstare debet*: Dato tamen regressu suo habitatori adversus effundentem, quod Ulpianus tradit *l. 5. §. 4. b. t. Cum l. 5. §. 4. b. autem hac actione, propter hoc quis condemnatus est, merito ei,*

ei, qui ob hoc, quod hospes vel quis alius de cœnaculo dejecerit, damnatus est, in factum dandam esse Labeo dicit adversus dejectorem. quod verum est. Planè si locaverit dejectori, etiam ex locato habebit actionem. Namque rectius ita legitur, HAC ACTIONE, scilicet in factum Prætoria de his qui dejecerint, quàm L. AQUILIAE ACTIONE. Neque enim de L. Aquilia, sed de ista actione hætenus tractaverat Ulpianus.

Q. Thef. LXXVIII. Unde apparet, arbitror, an, si constat de eo, qui damnum dedit, is ex L. Aquilia teneatur directæ actione? de quo non dubitat Habn. ad Wesenb. n. 4. h. t. Nos utique dubitamus, quum utilitatis publicæ causâ, graviori obligatione utrumq; & habitatorem & qui damnum dedit, teneri in factum actione voluerint Romani. Quare rectè Schneidvvinus *Inst. de oblig. ex q. del. §. item is, num. 5.* ait, libellum contra habitatorem institui, non contra viatorem, qui ab eo in hospitium receptus est, l. 1. §. fin. b. Poterit tamen inhabitator per actionem in factum ab hospite & viatore, qui effudit, recuperare id, quod propter ipsius effusionem prestare coactus est. d. l. si vero. §. cum autem. Id autem quod habitator præstitit, non est quod Lege Aquilia potest obtineri, sed duplum ex Edicto hoc.

Usus hujus
Edicti.

Thef. LXXIX. Cæterum quum de praxi actionis hujus in factum non satis conveniat inter Doctores, ea de re dispicere necessarium est. Atque Desselius, Regnerus, Grœnvvegen & D. Struvius, D. Feltn. negant ejus esse usum hodierno in foro, quoniam æstimatio damni per effusionem dati hodie non fiat in duplum, sed simplex sit, cæteroquin culpæ pœna arbitraria. Sed de eo dubitat Brunemannus *ad l. 1. n. 5. b. t.* nam constare, non usu non tolli leges. Verumtamen certum est, in foro nostro ad simplicem

si est habendum, quemadmodum de causa Legis Aquiliæ
in universum *antea* plura diximus. Nempe non frequen-
tantur actiones ex hoc Edicto ad duplum, ad quinquagin-
ta vel decem aureos & quæ reliquorum capitum sunt for-
mulæ, quas deduxit Oldendorpius, ut iis uti quis possit:
nec tamen prohibitio extat, per quam quis iis uti non pos-
sit. Frequentior tamen est *actio ex moribus* in factum ad
simplicem æstimationem, & pro re nata ad *pœnam arbitriam*.
Atque hac ratione una eademque est actio, qua damnum
ex causa L. Aquiliæ pariter & ex causa Edicti de effuso, de-
jecto, suspenso, positove persequimur.

Thef. LXXX. Reliqua est noxalium species, quæ *nox* Tit. IV. de
noxalis dicitur, quæ ex noxia & maleficio servorum *nox. act.*
adversus dominos instituitur, cum isthoc dominorum
privilegio ac facultate, ut condemnatos se ab æstimatione
damni liberare *noxæ deditio* possint, *l. i. b. t.* In nostro
autem foro quum servorum non amplius soleat esse usus,
etiam actio ignoratur. Itaque neglecta ab Oldendorpio.
Etsi vero dominus aut paterfamilias etiam apud nos ex cul- *usus nullus.*
pa & maleficio suorum quandoque teneatur, nulla tamen
noxæ deditio locum habet, nec actio noxalis. Et quam-
vis dominus dicitur teneri *peculiotenus* & *quoad merce-*
dem; id tamen apud nos non actio est, nisi eam ex iudicato
dixeris, *l. 34. b. t. ib. Brunnem.* At nec actio iudicati no-
bis frequentatur: sed arresti aut executionis est species,
quum de salario aut mercede ministri aut famulæ damni
stati fit reparatio. Quare quum nobis non sit propositum
deriles, & antiquatas Romanorum actiones hîc inquirere,
de eas, quæ in usu fori cernuntur, cum patriis comparare,
deò gradum hic sistimus.

H

CO-

372.

Sicut *Wergeldum* & *Emenda* in Foro Germanico distincta fuerunt, veluti æstimatio rei, & pœna culpæ dolive, ita etiam ex vetustis Scotorum, Brittonum & Anglo-Saxonum Legibus idem liquido apparet. In his æstimatio sive *Wergeldum* appellatur *CRO*, quemadmodum in *Rubrica lib. IV. Reg. Maj. cap. XXXVI.* explicatur. Sed & vox ipsa *Vergeldi* in iis reperitur *lib. 3. c. 19. De unoquoque fure per totam Scotiam est Vergelt, triginta vacca, & una juvenca sive fuerit liber homo, sive servus.* Ubi tamen perperam annotatum, *Vergelt* esse compositum ex *Ver*, i. e. *Vir*, homo, & *Gelt*, pecunia. q. d. *hominis pecunia*, vel compositio, seu satisfactio, pro injuria vel delicto per aliquem commisso. & tam en additur: *Verbum esse Germanicum.* Cæterum in eo differt Jus illud à Saxonico, quod *Wergeldum* fœminæ majus est. *Cap. xxxvi. Lib. iv. Item le Cro cujuslibet fœminæ virum habentis, est minor per tertiam partem, quam le Cro viri sui. Item si ipsa non habet virum, tunc le Cro ipsius, est adeo magnum, sicut le Cro sui fratris. si quem habet.* Porro *Emenda* vocatur his Legibus *ENACH*, *Lib. II. c. XII. Si Dominus carnalem copulam cum uxore desponsata servi sui habeat; & hoc probatum fuerit per vicinetum, servus exhibet per judicium à servitute Domini sui, nec aliud Enach (id est, emendam) habebit à Domino suo: nisi libertatis suæ recuperationem.* Præter *Cro* & *Enach* habuerunt alias duas sive pecuniariæ sive pecuniariæ pœnæ species, *Kelchyn* & *Galnes*. *Lib. iv. c. 38. Si uxor liberi hominis sit occisa, vir suus habebit le Kelchyn, & parentes ejus habebunt le Cro, & le Galnes. Item si uxor rustici sit occisa: Dominus ipsius terræ in qua manet, habebit le Kelchyn, & parentes ejus le Cro, & le Galnes.* Scilicet & *Enach* & *Kelchyn* & *Galnes* fuere species *Emendæ*, velut Generis, quod pro diversitate personarum & nomine & quantitate variavit. Denique quod *Wergeldum*, certo *vaccarum* numero æstimatum, id morem vetustissimum, Germaniæ sapit. *Tacitus de M. G. XII. Levioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero convicti multantur. pars multa Regi vel civitati (Wette) pars (Emenda Busse) ipsi qui vindicatur vel propinquis ejus exsolvitur. Vaccæ autem pretium tres oræ, l. 4. c. 36. §. 1. h. e. sex solidi, secundum Skeneum.*





ULB Halle


3

005 132 495



W 17







1678, 32
46 7

EXERCITATIO
THEORICO-PRACTICA
De
DAMNORUM PERSE-
CUTIONE
Quam
In Illustri Salana
PRÆSIDE
DN. JOH. SCHILTERO, Jcto
AULÆ SAXO-JENENS.
CONSILIARIO GRAVISSIMO,
PATRONO AC PRÆCEPTORE SUMMA OBSER-
VANTIA COLENDO.
IN AUDITORIO JCTORVM H.C.
PUBLICÈ DEFENDET
GREG. ANDREAS Schmidt /
Kauffbeurenf.
AD D. Martii. ANNO DC. LXXIIX.
JENÆ,
Typis JOHANNIS NISL.

